Ecce ego inducam super vos gladiū:et disperdam excelsa vestra:& demoliar aras vestras:& confringentur simulachra vestra:et deiciam interfectos vestros ante idola vestra. Lec.vj.

Et dabo cadauera filioꝝ ꝟ israel ante faciē simulachroꝝ vestroꝝ. ⁊ dispergā ossa vestra ante aras vestras in oibus habitationib⁹ vestris. Urbes deserte erūt: ⁊ excelsa demolietur et dissipabunt. Et iteribūt are vestre ⁊ confringētur: ⁊ cessabunt idola vestra: et conterentur delubra vestra: et delebuntur opera vestra. Lec. p hebdo.

Ezc.6. Et cadet interfect⁹ in medio vestri: ⁊ scietis quia ego dñs. Et relinquā in vobis eos qui fugerint gladiū in gentib⁹ / cū dispersero vos i terris: et recordabunt mei liberative sui in gentibus ad quas captiui ducti sunt: qz cōtriui cor eoꝝ lornicans ⁊ recedēs a me: ⁊ oculos eoꝝ: lornicantes post idola

Ezc.7 sua. Et factus est sermo dñi ad me dicens. Et tu fili hois: hec dicit dñs deus terre israel. Finis venit: venit finis sup quatuor plagas terre. Nunc finis super te: ⁊ emittā furorē meum in te: ⁊ iudicabo te iuxta vias tuas: et ponā contra te oēs abominationes tuas. Nec dicit.

¶ Hic incipiunt expositiones euāg. do. cū oronib⁹ ⁊ āis a do. j. post trin. vsq; ad aduētū dñi.

¶ Do. j. post fest. s. trin. Dō.

Deus in te sperātiū fortitudo / adesto ꝓpitius inuocationibus nostris: ⁊ qz sine te nihil pōt mortalis infirmitas / presta auxiliū gratie tue: vt in exequēdis mandatis tuis et voluntate tibi et actione placeamus. Per. Sequēs lucam

Luc.16. In illo tēpore. Dixit ihesus discipulis suis parabolaz hanc. Homo quidā erat diues: et induebat purpura et bysso: et epulabatur quotidie splēdide Et erat quidā mendic⁹ noie lazarus: q̄ iacebat ad ianuā eius / vlceribus plenus. Et reliqua. Omel. bti grego. [illegible] Lec. vj.

Nōnulli putant ꝑcepta veteris testamenti districciora esse ꝙ noui. Sed hi nimirū i mꝓuida cōsideratione fallunt. In illo em̄ nō tenacia: sed rapina mulctatur. Ibi res iniuste sublata restitutione q̄druplici punitur. Hic aūt diues iste nō abstulisse aliena reꝓhēditur: sed ꝓꝓria nō dedisse. Nec dicitur q̄ vi quēpiā oppꝛessit: ſz q̄ in acceptis rebus se extulit. Lc.8.

Hinc ergo summope colligendum est q̄ ꝑna mulctādus sit q̄ aliena diripit: si inferni dānatione ꝑcutitur q̄ ꝓꝓria nō largitur. Nemo itaq; secuꝝ se existimet dicens. Ecce aliena non rapio: sed cōcessis licite rebus vtor quia diues ille non idcirco punit⁹ est / quia aliena abstulit; sed quia acceptis rebus semetipz male dereliq̄t. Hoc q̄q; fuit quod hūc iferno tradidit: q̄ in sua felicitate timid⁹ nō fuit: q̄ ꝑcepta dona ad vsū arrogātie i flexit: q̄ viscera pietat⁹ ignorauit: q̄ ꝓtā sua redimere: etiaz cū sibi abūdaret ꝓcīū noluit. l.9

Sunt nōnulli q̄ cultū subtiliū pciosaz q̄z vestium nō putāt eē pctm̄. Dō si videlz pctm̄ nō eēt: neq̄q̄ sermo dei tā vigilāt exp̄meret q̄ dines q̄ torq̄t apd̄ inferos: bysso atq̄ purpura idut⁹ fuisset. Nemo q̄ppe vestimēta p̄ciosa nisi ad inanē gloriā q̄rit: videlicet vt honorabilioz ceteris eē videat. Nā q̄z p̄ sola iani gloria vestimētū p̄ciosius q̄rit res ipa testat: q̄ nemo vult ibi p̄ciosis vestib⁹ idui: vbi ab alijs nō possit: videri. Quā culpā possumus melius ēt ex diuerso colligere: q̄z si abiectio vil̄ vestimēti ꝺt⁹ nō eēt: eūs gelista vigilāt de ioā ne nō diceret: erat idut⁹ pil̄ camelor. ā. Dē abrahā miserere mei: & mitte lazarū vt intinguat extremū digiti sui i aquā vt refrigeret liguā meā. cā. Bñdō. Adiuuet. ān. Fili: recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala, cāti Magt. ℂ Dñica. 2. Dño.

Sancti tui nois dñe tioze pariter & amoze fac nos hēe ppetuū: q̄z nūq̄ tua gubernatiōe destituis/ q̄s i soliditate tue dilectiōis instituis. p. D. lu.

Ep. 15. Il. t. Di. ie. dil. su. paw lā hāc. Hō q̄dā fecit cenaz magnā: & vocauit multos. Et ꝙ. Dnicl. bti grego. [illegible] Lec. 7. Quis iste hō ē: nisi ille de q̄ ꝙ pphetā ꝺz: Et hō ē: q̄s cognouit eū? Quifecit cenā magnaz q̄z latie tatē nob⁹ iterne dulcedinis ꝓparauit. Qui vocat multos: & pauci veniūt: q̄z nōnūq̄ tpi q̄ ei p̄ fidē subiecti sūt: et no ei⁹ quiuio male viuēdo ꝙtradicūt. Misit aūt suū suū hoza cene dicere iuitatis: vt venirent. Quid hoza cene nisi finis ē mūdi? In q̄ nimiz nos sum⁹ sīc tā dubū paul⁹ testat dicens. Nos sum⁹ i q̄s fines seculoz deuenerūt. Si ergo tā hoza cene ē cū vocamur/ tāto min⁹ debem⁹ excusari a cōuiuio dei: q̄to ꝓpinquasse iam cernim⁹ finē seculi. Quo em̄ pēsam⁹ q̄z nihil est qđ restat: eo debemus ꝓtimescere/ ne tēpus gratie qđ ꝓsto est pereat. Idcirco aūt hoc cōuiuiū dei/ non ꝓrandiū/ sed cena vocatur: q̄z post ꝓrādiū cena restat: post cenā vero conuiuiū nullū restat. Et q̄z eternū dei cōuiuiū nobis in extremo parabitur: rectum fuit vt hoc non ꝓrandiū/ sed cena vocaretur. Ad nona.

Sed q̄s p hūc seruū q̄s nisi pdicatoz ordo signat? Dz q̄ videlicet ordie q̄uis adhuc idigni existim⁹: q̄uis pcōz pōderib⁹ q̄uamur: & nos tñ i illū dieb⁹ sumus. Et cū de edificatione bōa aliq̄d vob⁹ loq̄z: hoc est qđ ago. Seruus ei sū sūmi pīsfamilias. Cū vos admōeo ad septēnariū sci: iuitare wz venio ad conuiuiū dei. Nemo me ꝓpt me hoc i loco despiciat. Et si ad iuitādū ne q̄q̄ dign⁹ appareo: sz tñ sūt deliciē q̄s ꝓmitto ā. Hō q̄dā fecit cenā magnā & vocauit multos: & misit seruū suū hoza cene dicere iuitat⁹

vt veniret: quoia parata sunt alka. cāt. Vñs. Ad vesā. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles/ cecos et claudos cōpelle intrare vt impleat domus mea alka. cāt. Magt. ¶ Dñica. iij. Oro.

ORatiōnē nr̄am qs domine benignus exaudi: et qbus supplicādi prēstas affectū/ tribue defensiōis auxiliū. p. Ps. luc.

Cp. 15. IN illo tpe. Erant appropinquantes ad iesum publicani ⁊ pctōres: vt audirēt illū. Et recl. Dñe..bñ gre.p.. Audistis in lectiōe euāgelica fratres mei: qz peccatores ⁊ publicani accesserūt ad redēptorē nostrū: ⁊ nō solū ad loquendū: sed etiam ad manducandū recepti sunt. Qō videtes pharisei: dedignati sunt. Ex qua re colligite: qz vera iustitia cōpassionē hz/ falsa iustitia dedignationē: ꝓpius ⁊ iusti soleāt recte pctōribus indignari. Hz aliud est qđ agit typo superbie: aliud quod agit zelo disciplīe. Dedignant eteī hz nō dedignātes. Despiciūt hz nō despiciētes. Persecutionē cōmouent: hz amātes. Qz et si foris increpatiōes exaggerant per disciplinā: tamē intus dulcedinē per charitatē seruāt. Ic. ℣. At cōtra hi q̄ de falsa iustitia superbire solent/ ceteros q̄q̄ despiciunt: nulla infirmātibus mia cōdescendūt: ⁊ q pctōres se esse nō credunt: eo deterius pctōres fiunt. De quoꝝ pfecto numero pharisei extiterant: qui detrudicantes dñm q̄ peccatores suscipere: arenti corde ipsum fontem mie reprehendebant. Sed quia egri erant: ita vt egros se esse nescirēt: quatenus qđ erant cognoscerēt/ celestis eos medicus blandis fomentis curat. Benignū paradigma obicit: ⁊ in eorum cordibus vulneris tumorem ꝓmit. Ait nāq. Quis ex vobis hō qui habet centū oues et si pdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonagīta nouē i deserto: et vadit ad illam q̄ perierat donec inueniat illam. Lctō. ix. Ecce mira dispensatione pietatis similitudinē sūitas tedit: quā ⁊ in semetipso hō recognosceret: ⁊ tñ hec specialiter ad ipsum auctorē oim ptineret. Qz enim centenarius nīerus est perfectus: ipse centū oues habuit: cum angelorū substantiā ⁊ hominum creauit. Sed vna ouis tunc periit: qñ peccādo homo pascua vite dereliqt. Dimisit aūt nonagintanouē in deserto: qa illos summos angelorū choros reliqt in celo. Cur autē celū desertū vocat: nisi q̄ desertū dicit derelictū. Tunc aūt celum homo deseruit: cum peccauit. ℣. Quis ex vobis homo qui habet cētum oues ⁊ si pdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deserto: et vadit ad illam que perierat: donec inueniat illā ℟ alleluya. Cāt. Vñdict. Ad vesā. Que mulier habens drachmas decem: et si pdiderit drachmā vnā:

nome accendit lucernā et everrit domū et quærit diligēter donec inueniat. Ītā. Ītgt. ¶ Do. 4. oz.

PRotector in te sperantiū deus: sine quo nihil est validū nihil sanctū: multiplica super nos miam tuā vt te rectore: te duce/ sic tranleam⁹ per bona tēporalia: vt nō amittamus eterna. Per. Secundū lucam.

Cp. 6. IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut ⁊ pat vester misericors est. Et reliq̄. Sermo ex cōmēta. bene. be. pbī. lc. vii

Misericors est dñs sup ingratos ⁊ malos: vel multiplici scz sua mia qua etiā iumenta saluat/ tēporalia bona largiendo: vel ad celestia dona singulari gratia: q̄ electos solū glorificat inspirādo. Sed siue hoc/ siue illud/ siue vtrūq; intelligas: magna dei bonitate fit/ que nobis imitanda ꝓponit: si filij dei esse volum⁹. Nolite iudicare: ⁊ non iudicabimini. Duo autē sunt: in quib⁹ temerariū iudiciū cauere debem⁹. Cū īcertū est quo aīo quid factū sit: vel cū incertū est q̄lis futur⁹ sit: q̄ nūc vel bonus vel malus ꝓparet. lc. 8.

NOlite ꝯdemnare ⁊ nō cōdēnabimini. Hoc loco nobis nihil aliud ꝓcipi existimo nisi vt ea fugiā q̄ dubiū est quo aīo fiant/ in meliorē partē iterꝑtemur. Quod em̄ scriptū est: ex fructibus eorū cognoscetis eos: de manifestis dictū est/ que nō possunt bono aīo fieri: sicut sunt stupra et blasphemie/ vel furta/ vel ebrietates/ ⁊ si q̄ sunt similia: de quib⁹ iudicare nob⁹ permittit. Dimittite: ⁊ dimittemini: Date ⁊ dabitur vobis. Dimittere nos iniuriā/ dare bñficia iubet: vt ⁊ nobis peccata dimittant: ⁊ vita detur eterna. Qua sentētia breui ꝯz eximia cuncta que latissime de cōuersando cum inimicis mādauerat cōprehēdēdo cōcludit. lc. ix.

MEnsurā bonā ⁊ cōfertā et coagitatā ⁊ superfluentē dabūt in sinū vestrū. Huic simile est qđ alibi dicitur: vt et ipsi recipiant vos in eterna tabernacula. Non em̄ pauperes ipsi: ꝯz christus his mercedē qui elemosynā fecere/ redditur⁹ est. Quā tamen in sinū dare dñr: quia ꝓmerēdi illis occasionem dedere: cum vel egētes misere vel ꝓbe leuientes fortiores sunt: ⁊ tolerati patientiā ⁊ beneficio sustētati: ⁊ ad ipsam aliquotiens fidē duci gratia ꝓuocati. Eadē quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Potest hoc nō solum de eleemosyna: ꝯz de oībus que mēte/ manu/ lingua gerim⁹ accipiān. Estote ergo misericordes quia pater vester misericors est dicit dom⁹. cāti. Qñq⁹. Ad vel. ān. Nolite iudicare vt nō iudicemini; in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini dicit dom⁹. Cāti. Ītgt. ¶ Dñica quita. Dño.

DA nobis dñe q̄sum⁹: vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat: et ecclesia tua tranquilla deuotiōe letetur. Per. Secundū lucam.

Cp. 5. IN illo tpe. Cum turbe irruerent ad iesum vt audirent verbū dei: & ipse stabat secus stagnū genezareth. Et reli. Her. et 2mēta. be. be. pbī. ℣7

Stagnū siue mare: psens seculū designat. Dñs vero secus mare stat/ posīq; vite labentis mortalitatē deuicēs: in ea qua passus est carne stabilitatē perpetue q̄etis adijt. Turbarū cōuentus ad eū: gentiū in fide cōcurrētium typus est. Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Due naues secus stagnuz posite circūcisionē & hyputiū figurāt. Quas bene dñs vidisse phibetur: q; in vtroq; populo nouit dñs qui sunt eius: eorūq; cor a fluctibus seculi huius ad future vite trāquillitatē: quasi ad soliditatē littoris videndo: hoc est misericorditer villando prouehit. Tu aūt. Lectio.vij.

PIscatores autē descendērāt: & lauabant retia sua. Piscatores sunt ecclesie doctores: q̄ nos rete fidei cōprehensos & de profundo ad lumē elatos: quasi pisces littori/ sic terre viuentiū aduehunt. Quasi eīm quedā retia piscantiū sunt complexe predicantiū dictiones: q̄ eos quos receperint in fide nō amittant: Unde & retia/ quasi retinentia sunt vocata. Qz hec retia modo relaxātur in capturam: modo lota plicātur: q; nō omne tēpus est habile doctrine: sz nūc erarāda lingua doctoris: nunc suimet cura gerēda. Ascendēs autē in vnā nauim que erat simonis/ rogauit eum a terra reducere pusillum: & sedēs docebat de nauicula turbas. Nauis simonis est ecclesia primitiua de qua docebat turbas: q; de auctoritate ecclie vsq; hodie gentes ad celoz regna inuitat. Ut cessauit; autē loqui: dixit ad simonē. Duc in altum: & laxate retia vestra in capturam. Quod primo rogauit simonē nauem a terra reducere pusillū/ significat vel tēperate vtendum verbo ad turbas (vt nec terrena eis p̄cipiātur: nec sic a terrenis in p̄funda sacramentoz recedatur: vt ea penitus nō intelligant) vel prius in primis regionib⁹ gentili predicandā. Ut quod dixit itē petro: duc in altum & laxate retia vestra in capturā: ad remotiores gentes q̄bus postea predicatū est pertineat. Ascendēs iesus in nauem: et sedens docebat turbas alta. Bñō⁹. Ad vesp.

Preceptor per totā noctē laborātes nihil cepim⁹: in verbo aūt tuo laxabo rete. Mg. Deo.6.op.

DEus qui diligentib⁹ te bona inuisibilia preparasti: infunde cordib⁹ nris tui amoris affectū: vt te in oībus

et sup oia diligētes ꝓmissiones tuas q̄ oē desideriū superāt ꝑ quamur. Per do. Scōm math.

Cap.5. In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Amē dico vobis/ q̄ nisi abūdauerit iustitia vestra plus q̄ scribarū & phariseoꝝ: non intrabitis in regnū celoꝝ. Et reliqua. Omelia excerpta de diuer. tract. Let. vij.

Iustitia phariseoꝝ est: vt nō occidant. Iustitia eoꝝ q̄ intraturi sunt i regnū dei est: vt nō iracant. Minimū ergo est nō occidere & q̄ illud soluerit/ minimus vocabit in regno celoꝝ. Qui autem illud ipleuerit vt nō occidat: nō cōtinuo magnus erit & apt⁹ regno celoꝝ: sz tamē ascēdit in aliquē gradū. Perficietur aūt si nec iracit. Quod si ꝑfecerit: multo remotioz erit ab homicidio. Quapropt q̄ docet vt nō iracamur/ non soluit legem vt nō occidam⁹: sz ipleꝝ potius: vt & eoꝝ dū nō occidimus/ & intus dū nō iracimur/ innocentiā custodiam⁹. Sc. vij.

Audistis q̄ dictū est antiq̄s. Nō occides. Qui aūt occiderit: reus erit iudicio. In lege enim iudicabat vt qui alium occidebat et ipse occideret. Ego autē dico vobis: id est ego nouus homo vobis nouis noua loquoꝝ. Q̄ eñ ois q̄ iracit fratri suo: reus erit iudicio. Videdū est q̄ tum iterfit inter iustitiā phariseoꝝ/ & xp̄ianoꝝ: q̄ introducit in regnū celoꝝ. Ibi eñ occisio reuz facit iudicio. Hic autē ira reum facit: nihilomin⁹ iudicio. Qui aūt dixerit frī suo racha: reus erit cōsilio. Racha eñ grece hebraice dicit cenos: id est inanis & vacu⁹: quē possum⁹ vulgata iniuria absq̄ cerebzo nūcupare. Sed si de ocioso sermone reddituri sumus rationem: q̄tomagis de cōtumelia. Sc. ix.

Signāter addit: q̄ dixerit frī suo racha. Frat enim nē null⁹ est: nisi q̄ eundē nobiscū habet patrē. Cū ergo illē credat i deū et xp̄m dei nouerit sapientiaz: q̄ rōne stultitie elogio denotari potest? Quid interest aūt iter reū iudicio: & reū cōsilio: et reū gehēne ignis? Nam hoc postremū gutturalius sonat & admonet q̄dā factos a leuioꝝib⁹ ad grauioza: donec ad gehēnā ignis veniret. Et tō si leuius est reū esse iudicio/ q̄ reū eē cōsilio: itez si leui⁹ est reū esse cōsilio/ q̄ reū esse gehēne ignis: opoꝝtet vt leuius esse intelligat iracsci frī q̄ dicere racha: & rursus leui⁹ esse dicere racha/ q̄ dicere fatue. Non enim reatus ipse haberet grad⁹: nisi gradati etiā peccata commēoꝝarētur. Sc. Audistis q̄ dictū est antiquis: nō occides: qui aūt occiderit reus erit iudicio. Sc. Bñō⁹. Ad vel. Sc. Si offers munus tuū ante altare: & recoꝝdatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratrj tuo: et tunc

dentes offerēs munus tuū.alia.

Cōmunio. ℣ Dñica.vij.oō.

DEus virtutū cuius est totū qđ est optimū: inse re pcōibus nīis amorem tui nois ⁊ pīesta in nobis religionis augmētū vt q̄ sūt bona nutrias/ ac pietatis studio q̄ sunt nutrita custodias. ℟.

Cp.8. IN illo tpe. Cū turba multa esset cū ihesu: nec haberent qđ manducarent: cōuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbā: q̄z ecce iam triduo sustinēt me: nec habent qđ māducent. Et reliqua. Sermo ex cōmēta. bede. pbri. lc. vij.

In hac lectione cōsiderāda est in vno eodemq redēptore nr̄o distincta operatio diuinitatis et hūanitatis: atq erroz eutices (qui vnā tm in xp̄o operationē dogmatizare pīesumit) pcul a xp̄ianis finibus expellendus. Quis eū nō videat: hoc q̄ sup turbam miserēt dñs/ ne vel in die vel vie longioris laboze deficiat: affectum esse ⁊ cōpassionē hūane fragilitatis: qđ vero de septem panib⁹ ⁊ pisciculis paucis quatuoz milia hoim satiauit: diuine opus esse virtutis. Mistice autē hoc miraculo designātur: q̄ vīa pīentis seculi aliter incolumes transire nequimus: nisi nos gīa redēptoris nr̄i alimēto sui verbi reficiat. lc.8.

Hoc vero typice tenēt hāc refectionē ⁊ illam quinq panū ac duoz pisciū distat: q̄ ibi litera veteris testamenti spūali gratia plena esse signata est: hic autē nouiveritas ac gratia testamenti fidelib⁹ ministrāda monstrata. Hane vtraq reflectio in monte celebrata est: vt aliozū euangelistarūq narratio declarat: quia vtriusq scripture testamenti recte intellecta: altitudinē nobis celestium pīeceptozū mādat et pīemioz. Vtraq altitudinē christi q̄ est mons dom⁹ dñi in vertice mōtiū: consona voce p̄dicat. Qui enim edificantē super se ciuitatē sine domum dñi (id est ecclesiam) in alta bonozum extollit operū/ ⁊ cunctis manifestā gētib⁹ exhibet ipse hāc ab īimis delectationib⁹ abstractā pane celi reficit: atq ad appetitū superne suauitatis /dat o pignoze cibi spiritualis accendit. lc.ij.

Misereor (inquit) sup turbā: q̄z ecce iam triduo sustinēt me: nec habent qđ manducēt. Et si dimisero eos ieiunos in domuz suā: deficient in vīa. Quare triduo turba dñm sustinuerit: matheus exponit plenius: qui ait. Et ascendens in montē: sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe: habentes secum mutos/ cecos/ claudos/ debiles/ et alios multos: ⁊ pīoiecerunt eos ante pedes eius: et curauit eos. Turba ergo dominū sanatione infirmozum suozum triduo sustinet: cum electi quiq fide sctē trinitatis lucidi/ dño

suis suoꝝq; peccatis aie videl3 languoꝝ pleuerāti infātia supplicant. ⁊c. Quiercoꝛ sup turbam q; ecce iam triduo sustinent mecum nec habent qđ mādurent: et si dimisero eos ieiunos: deficient in via alīcā. Hñō. Ad vel. ⁊n. Et accipiens ihesus septē panes gīas agēs fregit ⁊ dedit discipulis suis vt apponerēt: ⁊ apposuerūt turbe alīcā. Hagī. ¶ Do.viij.ecō.

DEus cuius potentia in sua dispositione nō fallit: te supplices exoramus vt noxia cuncta submoueas: ⁊ oīa nob3 pfuta 2cedas. p. ℟. mat.

Cap.7 IN illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Attendite a fallis ꝓphetis/ qui veniunt ad vos i vestimētis ouium: intrīsecus autē sunt lupi rapaces. Et reliq̄. Omelia origē. ⁊c. viij.

QUod paulo superi⁹ fratres charissimi dñs noster ihesus xp̄s spaciosam ⁊ latā viā noiauit: hoc nūc apertius falsos ꝓphetas ostendit: p quos multi in p̄ditionē abominabilē abierunt. Qui ꝑmo i iudea multi appuerunt/ ⁊ modo pdicia totū impleuerūt mundū. Sed illi qui ꝑus falsi ꝓphete fuerūt veri ssimos dñi ꝓphetas vlq; ad mortē plecuti sunt/ sicut hieremiā ⁊ micheam: alios q; multos. Isti autem nunc falsi ꝓphete ⁊ falsi xp̄iani qui sunt: veraces xp̄ianos sine mia persequūtur ⁊ opprimūt: aliquādo si detur copia etiā gladijs sine intermissione aut suis ꝓprijs moꝝib⁹ ⁊ exemplis. Idcirco oēs fideles dñs adhortatur dicens. Attendite a falsis ꝓphetis. Lectio. viij.

ATtendite diligētius: obseruate cautius: vt non seducamini: vt nō circūueniamini vt nō fallamini. Attēdite ergo: hoc est cōsiderate/ quia nō sunt omes sed lupi in vestimēto ouiū. Qui nō sunt religiosi: sed irreligiosi in figura religiositatis. Quia nō sunt xp̄iani: ⁊ veritate vacui xp̄ianoꝝ persecutoꝛes. Attēdite a fallis ꝓphetis/ qui venūt ad vos in vestimentis ouiū: intrīsecus autē sunt lupi rapaces. Ipsos ⁊ beatus paul⁹ apostol⁹ ad ephesios loquēs designabat dicēs. Scio em̄ quia post discessum meum introibunt in vobis lupi graues: lupi rapaces. Lectio nona. Ch.16.

LUpi em̄ graues nosant oēs infideles hereticī: q̄ grauiter sanctā ecclīam oppr̄imūt ⁊ persequūtur: vel molestare frequentāt q̄ sine mia rapere ⁊ coaceruare nō desinunt. Aliq̄n pecunie irrūt aliene/ aliquādo i ipos pecuniaꝝ dños. Multomagis satagūt alias rapere: ⁊ secū miserabiliter deducere. Et vestitū ouium habere dicūtur: eo q̄ nomen habeant xp̄ianitatis: vel q̄ assimilāt se ministris iustitie figuram religiositatis mētientes. Per xp̄ianum itaq; nomen multos seducere nitūtur dulcib⁹ sermōib⁹:

multis scandalum inferentes. Isti sunt de quibus ait aplus. Per suos dulces sermones & blādos: seducunt corda innocētiū. sed ex fructibus eorū cognoscetis eos. Tu aūt.ān. Attendite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouium: intrinsecus aut̄ sunt lupi rapaces: a fructibus eorū cognoscetis eos. Cāti. Benedictus. Ad vesp.ān. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum celorū: sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnū celorum alla. Canti. Magt. ℣ Dñica.ix.ou

Largire nobis dñe qs semper spūm cogitandi q̄ recta sunt ppiti⁹ & agēdi: vt q̄ sine te esse nō possumus: secūdū te vivere valeamus. p. Sedm lucā. Ch.16.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidā erat dives qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum: quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua. Omelia bene.bede pbri.lc.vii.

Ad clementiā nos dñs et salvator noster hortatur sub exemplo villici / et debitoris dñi sui: vt si dimittimus debitoribus nostris: dimittātur & nobis debita nra. Dives aūt iste q̄ habebat villicū: dñs ipse ē ihesus xps: cuius villici / idest dispēsatores sunt oēs fideles in sancta eccl'ia Exules enī & peregrini sumus in hoc mūdo: & hic nō habemus hereditatē. Sed nō in ipsa sanctā

demur habere: ad dispēsandum nobis cōmissa sunt nō ad possidendū: nr aūt municipatus (vt ait paulus) in celis est. Lec.vii

In villico ergo illo quem dñs suus ejiciebat de villicatione: & laudauit eū q̄ futuram sibi vitā prosperit: nō omnia debemus ad imitādum sumere. Non enī aut dño nro faciendo est in aliquo fraus: vt de ipa fraude noseleemosynas posse facere speremus: aut eos qui nos recipiāt in eterna tabernacula (id est sctōs angelos) tanq̄ debitores esse dñi dei nri fas est intelligendi / cū fideles quiq; sicut diximus in sctā eccl'ia significētur in villico. Si ergo laudatur a dño villicus q̄ fraudem faciebat: q̄to ap̄lius placēt dño deo: q̄ secūdū ei⁹ preceptū vona sua fideliter dispensant? Lec.ix

Qui ergo iuxta huius servi exemplum sedulo rei ciende villicationis id est vitimū tpis sui diem & ratiōis reddende tēpus huiderit: facile terrenoru oim delectatione simil et dilectione nudatus / plus sibi de amicis cōquirendis in futuro: q̄ de diuitijs in plenti colligendis prospicere necessariū ducit. Ablata villicatione fodere non valemus: q; finita hac vita in qua laborare p eterna debem⁹: neq̄q̄: postea bone conversatiōis fructū iz inferre. Sed illo tūc tpe mēdicare cogimur: illo scz

le virgines fatue:que hic p̄ operibus suis mercedē hūane laudis percipiebant:mendicasse referuntur. ān. Dixit dñs villico: quid hoc audio de te? redde rationē villicationis tue all'a. cā. Wñō⁹. Ad vel. ān. Quid faciam/q̄ dñs meus aufert a me villicationē? fodere non valeo: mendicare erubesco: scio quid faciā: vt cū amot⁹ fuero a villicatione:recipiāt me in domos suas. cā Mgt. ¶ Do.x.op̄

PAteant aures misericordie tue dñe p̄cibus supplicantiū:et vt petentib⁹ desiderata cōcedas:fac eos que tibi placita sunt postulare. Per. Ad.

Cp.19. IN illo tpe. Cū appropinquaret ihesus hierl̄z:vidēs ciuitatem fleuit sup illā dicēs. Q̄z si cognouisses:& tu. Et rel'.

Omelia beati gregorii. lc.vij.

QUod a flente dño illa hierosolymorū subuersio describat: que a vespasiano et tito romanis p̄ncipib⁹ facta est: nullus qui hist̄oriā euersionis eiusdem legit/ignorat. Romani em̄ p̄ncipes denūciantur cū dicit. Q̄z venient dies in te:et circundabunt te inimici tui vallo:et circundabūt te/& coangustabūt te vndiq̄/& ad terrā p̄sternēt te:& filios tuos q̄ in te sunt. Hoc q̄q̄ quod additur. Et nō relinquent in te lapidē sup̄ lapidē:etiam eiusdē ciuitatis translmigratio testatur. Q̄z dū nunc in eodem loco cōstructa est:vbi extra portam crucifixus fuerat dominus: p̄rior illa hierusalem vt dicitur fundit⁹ est euersa. Lcō. vij.

HIerusalem ex qua culpa euersionis sue pena fuerit illata: subiungitur Eo q̄ nō cognouerit tp̄s visitatiōis tue. Creator quippe oim/per incarnatiōis sue mysteriū hanc visitare dignat⁹ est. Sed illa timoris & amoris illi⁹ recordata nō est. Sed querendū p̄rius est q̄d sit quod dicit. Videns ciuitatē/fleuit sup illam dicēs. Q̄z si cognouisses:et tu. Fleuit etenim pius redēptor ruinā perfide ciuitatis:quā ipsa sibi nō cognoscebat esse venturā. Cui a flente dño recte dicit. Q̄z si cognouisses/& tu:subaudi sez fleres:q̄ modo quia nescis q̄d imminet exultas. Vñ & subdit. Et q̄dem in hac die tua:q̄ ad pacem tibi. Cum em̄ se carnis voluptatib⁹ daret:& ventura mala nō p̄spiceret:in die sua que ad pacē ei esse poterant habebat. Lcc.ix.

QUi vero p̄sentia bona ad pacem habuerit: manifestatur cum subditur. Nūc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis ei⁹ oculis mala que imminebāt abscōdita non essent:leta in p̄sentibus p̄speris nō fuissent. Cui⁹ mor etiam pena que de romanis(sicut p̄dixi) p̄ncipib⁹ imminebat adiuncta est. Q̄a descripta quid dñs fecerit subdit: quia ingressus tēplum cepit eij cere vēdentes & emētes de illo:

dicēs illis. Scriptum est quia domus mea domus oratiōis est. Vos autē fecistis illam spelunca latronum. Qui ēm narrauit mala ventura: ⁊ ptinus tēplum ingressus est: vt de illo vēdentes ⁊ ementes eēceret: profecto innotuit q̄ ruina ppli maxime ex culpa sacerdotū fuit. ā. Cū appropiquaret dñs hierlm: videns ciuitatē fleuit super eā et dixit: quia si cognouisses ⁊ tu: q̄ venient dies in te: ⁊ circūdabūt te: et coangustabūt te vndiq̄: ⁊ ad terrā prosternēt te: eo q̄ nō cognouerit tēpus visitationis tue alla. Cāti. Vsidict⁹. Ad vel. ā Scriptum est ēm: q̄ domus mea dom⁹ orationis est cunctis gentibus: vos autē fecistis illam speluncam latronum: et erat quotidie docens in templo. Cāt⁹ Vig̃t. ℣ Dñica. xj. Dō.

DEus qui oīpotentiā tuā parcendo maxime et miserando manifestas/ multiplica super nos gratiā tuam: vt ad tua promissa currētes: celestiū bonorum factas esse consortes. Per dñm. ℣ Secūdū Lucam.

IN illo tēpore. Dixit ihesus ad quosdā qui in se confidebant tanq̄ iusti: ⁊ aspernabantur ceteros parabolā istam: dicens. Duo homines ascenderūt in templum vt orarent: vn⁹ pharisseus ⁊ alter publican⁹. Et q̄.

Sermo ex cōmētario venerabilis bede presbyteri. lc. vij.

Quā parabolā dñs qua semp

concluslt vt diceret venientē in dice difficile ī terra fidem reperiendā. Et ne quis sibi forte de superuacua fidei cogitatiōe vel etiam confessione blandiretur: mox altera iuncta parabola diligentius ostēdit a deo fidei non verba examinanda: sed opa. Inter que nimirū opa maxime regnat humilitas. Publican⁹ humiliter orans ad illa prefate vidue: hoc est eccl'ie mēbra ptinet: de q̄bus supra dicit. Deus autē non faciet vindictam electorum suorū clamantiū ad se? Pharisseus autē merita iactans/ ad ea de quibus terribilis in conclusione sententia subditur. Verū tamē filius hois veniens putas inueniet fidem in terra. lc. vij.

PHarisseus stās hec apd se orabat. Deus gr̄as ago tibi: q̄ non sum sicut ceteri hoīm raptores/ iniusti/ adulteri/ velut etiam hic publican⁹. Quatuor sunt species quib⁹ oīs tumor arrogantiū demonstrat. Cum bonū aut a semetipsis se habere existimant aut si sibi datū desuper credūt/ p suis se hoc accepisse meritis putāt: aut certe cū iactant se habere qd̄ nō habent: aut despectis ceteris singulariter videri appetūt habere qd̄ habēt Qua pharisē⁹ iste iactātie peste laborasse dep̄hēdit: q̄ idcirco de tēplo absq̄ iustificatione descēdit: q̄ bonorū operū merita sibi quasi singulariter tribuens

IEiuno bis in sabbato: decimas do omniū que possi deo. Ezechiel ppheta de ostēsis sibi celi animalibus scribit. Et totū corpus plenū oculis i circuitu ipsoꝝ quatuoꝝ. Corpora q̄ppe aīaliū idcirco plena oculis describūtur/quia sanctoꝝ actio ab oi parte circūspecta est: bona deūdenter prenidēs/mala solerter cauens. Sed nos sepe dū alijs rebus intendimus: fit vt alia negligam⁹. Et vbi negligim⁹: ibi pꝛoculdubio oculū nō habem⁹ Nā ecce phariseꝰ ad obtinēdā abstinētiā: ad ipēdēdā miam: ad referendas deo gr̄as oculū habuerat: sed ad humilitatis custodiā non habebat. Et quid pꝛodest q̄ cōtra hostiū insidias pene tota ciuitas caute custoditur: si vnū fozamē apertū relinq̄tur vnde ab hostibus intretur. ān. Duo hoies ascenderūt in tēplum vt ozarent: vnus phariseus ⁊ alter publicanus: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo alter. Cāti. Bñdictus. Ad vesp. ān. Stans a longe publicanus nolebat oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: deus ꝓpitius esto mihi peccatoꝛi. Cāti. Mgt. ℣ Do. xij. oꝛ.

OMps sempiterne deus: q̄ abūdantia pietatis tue ⁊ merita supplicum excedis ⁊ vota/effunde super nos misericoꝛdiam tuam: vt dimittas que cōscientia metuit / et adiicias qd̄ oratio non presumit. Per dñm nostrū. ℣ Secundū Matheū.

IN illo ipe. Exiens iesus de finib⁹ tyꝛi venit p sidonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et reliq̄. Omel. venera. bede pbēt. l. vij. Surdus ille et mutus quē mirabiliter curatum a dño modo cum euangeliū legeretur audiuimus: gen⁹ humanū designat in his qui ab erroꝛe diabolice deceptiōis diuina merētur gratia liberari. Obsurdit nāq̄ homo ab audiēdo vite verbo: postq̄ moꝛtifera serpētis verba cōtra dñm tumid⁹ audiuit. Mut⁹ a laude ꝓditoꝛis effect⁹ē: ex q̄ cū seductoꝛe colloquiū hōe plūplit Et merito clausit aures ab audiēda iter āgelos laude creatoꝛ quas ad audiendā eiusdē creatoꝛis vituperationē/sermonib⁹ hostis incaut⁹ aperuit. Merito clausit os ad ꝓdicandā cū angelis laudem creatoꝛis: qđ velut ad melioꝛandum eiusdem opus creatoꝛis: cibi vetiti pꝛeuaricatiōe superbus implenit. l. viij. Et heu miser generis humani defectus. Quod in radice vitiosum germinauit: vitiosius multo dilatari cepit in ꝓpagine ramoꝛū. Ita vt veniente i carne dño exceptis paucis de iudea fidelibus: totus pene mundus ab agnitione ⁊ confessiōe veritatis surd⁹ erraret ⁊ mut⁹. Sed vbi abūdauit peccatū: superabūdauit ⁊ gratia. Venit nāq̄ dñs ad mare galilee: vbi nouerat

ℂp. 7.

egrotare quem sanaret. Venit sue gratia pietatis ad tumentia turbida et instabilia gētiū corda: in quibus nouerat esse q̄ ad suā gratiā pertenirent. Et bene inter medios fines decapoleos ad mare galilee (vbi egrotum sanaret) venisse perhibetur: quia relicto ad perfidiam populo qui decalogi mādata acceperat exteras venit ad gentes: vt (sicut ioannes ait) filios dei qui erant dispersi / congregaret in vnum. Lectio nona. Et adducūt inquit ei surdum et mutū: & deprecantur eum / vt imponat ei manum. Quia ille surd⁹ saluatorē agnoscere / mutus rogare nequibat: adducunt ei amici: & pro eius salute dño supplicant. Sic nimirū sic spirituali necesse est curatiōe geratur: vt si q̄s humana industria ad auditū / confessionēq̄ veritatis cōuerti nō potest: diuine pietatis offeratur aspectibus atq̄ ad sanandū eū superne manus flagitetur auxiliū. Nec tardat celestis mia medici: si itēta peccantium non hesitat nec deficit oratio. ān. Iriens iesus de finibus tyri / venit per sidonē ad mare galilee: inter medios fines decapoleos alleluia. Cāti. Benedict⁹. Ad vesp. ān. Bene omnia fecit: & surdos fecit audire & mutos loq̄. cāti. Magt. ¶ Dominica .xiij. Da

OMni potēs et misericors deus / de cuius munere venit vt tibi fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesumus vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Scdm lucam. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident: que vos videtis. Et reliqua. Sermo ex cōmēta. venerabilis bede phī. Lec. vij. Non oculi scribarū neq̄ pharisecorū qui corpus dñi tantū videre: sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramēta: de quibus dicit. Et reuelasti ea parulis. Beati oculi paruulorū: quib⁹ et se & patrē filius reuelare dignatur. Dico autē vob; q̄ multi prophete & reges voluerūt videre que vos videtis & nō viderunt: & audire que vos auditis et non audierunt. Lec. viij Abraham vero exultauit vt videret diē christi: vidit & gauisus est. Esaias q̄q̄ et micheas et multi alij prophete viderūt gloriā dñi qui et propterea videntes sunt appellati. Sed hi oēs a longe aspicientes et salutantes: et per speculū in enigmate viderūt. Apostoli autē in plentia habētes dñm cōuescentesq̄ ei: & queq̄ voluissent interrogādo discentes: nequaq̄ per angelos & varias visionū spēs opus habebant doceri. Quos vero lucas multos pphetas & reges dicit: matheus apertius prophetas & iustos appellat. Ipsi sunt reges magni / q̄ tētationū suarū

Cp. 10.

sed regēdo p̄ceſſe nouerūt ł.ir.
Ecce quidā legiſperitus ſurrexit tentans eū: ⁊ dicens. Magiſter quid faciēdo vitā eternā poſſidebo? Legiſperitus qui de vita eterna dñm tētans interrogat: occaſionē vt reoꝝ tentandi de ipīs dñi ſermonibus ſumpſit: vbi ait. Gaudete aūt q̄ nomina veſtra ſcripta ſunt i celis. Sed ipſa ſua tentatiōe indicat q̄ vera ſit illa dñi confeſſio qua patri loq̄tur/q̄ abſcōdiſti hec a ſapientibus ⁊ p̄rudētibꝰ: ⁊ reuelaſti ea parvulis. Amen. Homo qui dā deſcēdebat ab hierł'm in hierico et incidit in latrones: qui etiā deſpoliauerūt eū: ⁊ plagis ipoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Cāti. Bñdꝰ Ad vel.ān. Quis tibi videtur p̄ximus fuiſſe illi qui incidit i latrones? et ait/ille qui fecit miam in illo: vade et tu fac ſimiliter alleluia.
Cāti. Mgt. Dñica.xiiij.oꝝ.
Omnipotens ſempiterne deus: da nobis fidei/ſpei/et charitatis augmentum: et vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod p̄cipis. Per. Ⅎ Secundū Lucā.
Cp.17 In illo tēpoꝛe. Dū iret ieſus in hieruſalem tranſibat per mediam ſamariā ⁊ galileam. Et cū ingrederetur quoddam caſtellum: occurrerūt ei decem viri leproſi. Et rel. Sermo ex cōmen. vene. vede pbī. ł.vij.
Leproſi non abſurde intelligi poſſunt: qui ſcientiā vere fidei non habentes/varias doctrinas profitētur erroꝛis. Hi aūt tam vitādi ſunt eccł'ie: vt ſi fieri pōt lōgius remoti magno clamoꝛe interpellēt. Vñ ⁊ apte ſubiūgitur. Qui ſteterūt a lōge: ⁊ leuauerūt vocē dicētes. Ieſu p̄ceptoꝛ/miſerere nr̄i. Et bñ vt ſaluētur: ieſum p̄ceptoꝛē nomināt. Qꝛ em in eꝰ verbis ſe erraſſe ſignificant: hūc ſaluandi humiliter p̄ceptoꝛē vocant. ł.c.viij.
Cumq̄ ad cognitionē p̄ceptoris redeunt: moꝛ adꝛoꝛmā ſalutis accurrūt. Vñ ſeqūtur. Quos vt vidit dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibꝰ/ ⁊ factū eſt dū irēt: mūdati ſunt. Nullū dñs eoꝝ q̄bus hec coꝛpalia bñficia p̄ſtitit inuenit miſiſſe ad ſacerdotes niſi leproſos. Qꝛ videlicet ſacerdotiū iudeoꝝ figura erat futuri ſacerdotij regalis qđ eſt i eccł'ia quo conſecrātur oēs p̄tinentes ad coꝛpꝰ xp̄i ſūmi et veri p̄ncipis ſacerdotū. Et q̄ſq̄s vel heretica p̄ꝛauitate: vel ſuperſtitiōe gētili: vel iudaica p̄fidia: vł' etiā ſchiſmate fraterno q̄ſi vero coloꝛe p xp̄i gratiā caruerit: neceſſe ē vt ad eccleſiā veniat: coloꝛēq̄ fidei verū quē accepit oſtendat. ł.ir.
Cp.6.
Cętera vero vitia tanq̄ valitudines ⁊ quaſi moꝛbos aie atq̄ ſenſuū per ſe ipm interꝰ in cōſciētia ⁊ intellectu dñs ſanat et coꝛrigit. Vnde autē vnus ex illis/vt vidit q̄ mūdatus ē: egreſſus eſt cū magna voce magnificans deū. Et cecidit in faciē ante pedes eius: gr̄as agens. Ille

enim vere deo gratias agit: qui reprehensis cogitationib⁹ ꝓsumptionis sue: q̄ in semetipso infirmus sit humiliter videt: qui nihil sibi vtutis tribuit: q̄ bona q̄ egit esse de misericordia ꝓditoris cognoscit. ān. Dū ingrederet iesus quoddā castellum / occurrerūt ei decē viri leprosi: qui steterunt a longe et leuauerūt vocem dicētes: iesu preceptor miserere nobis. cā. Bñdictus. Ad vel. ān. Nonne decē mundati sunt? et nouē vbi sunt? non est inuētus qui rediret / et daret gloriā deo: nisi hic alienigena? vade quia fides tua te saluum fecit alla. Cātt. Mgt. ℣ Do. xv. oꝝ

Actiones q̄sumus domine ecclesiam tuam propitiatione perpetua: et quia sine te labitur hūana mortalitas: tuis semper auxilijs et abstrahatur a nocꝫs / et ad salutaria dirigatur. Per. ℣ Secūdū matheū.

cap. 6. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo pōt duobus dñis seruire. Et reliq̄. Ser. ex cōmē. be. bede pbi. l. 7

Nemo potest duobus dñis seruire: qz nemo valet transitoria simul ⁊ eterna diligere. Si em eternitatem diligimus: cuncta tēporalia in vsu non in affectu possidemus. Aut em vnū odiet et alterū diliget: aut vni adherebit ⁊ alterū cōtēnet. Hec verba diligenter considerāda sunt. Nam qui sint duo domini consequenter exponit dicens. Non potestis deo seruire et mamone. Audiat hoc auarus: audiat qui censetur nomine christiano nō posse simul māmone (hoc est diuitijs) christoq̄ seruire. l. vij. Et tamē non dixit q̄ habet diuitias: sed qui seruit diuitijs. Qui em diuitias rū seruus est: diuitias custodit vt seruꝰ. Qui autē seruitutis excussit iugū: distribuit eas vt dñs. Sed qui seruit māmone: illi vtiq̄ seruit qui rebus istis terrenis merito sue peruersitatis prepositꝰ / pnceps huius seculi a dño dicitur. Ergo aut vnū odiet: ⁊ alterum diliget. Vt fieri debet: odiet scz diabolum: diliget deū. Aut vni adherebit: et alterum contēnet. Adherebit scilicet diabolo: cum quasi eius premia temporalia sectatur: contēnet autem deum. Non dixit odiet: sed sicut solent minas eius preponere cupiditatibus suis: q̄ de bonitate eius sibi impunitatem blandiūtur. Quibus per salomonē dicitur. Fili / ne adijcias peccatum sup peccatum: et dicas. Miseratio dei magna est. Lectio nona.

Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid mādu cetis: aut corpori vestro q̄d induamini. Ergo quod oībus natura tribuit ⁊ inuētz ac vestijs: hoībus quoq̄ cōmune est. Hui⁹ cura penitus nō liberamur: sed precipit nobis ne soliciti simus quid comedam⁹. Et qz i sudore vult⁹ ꝓparam⁹ nobis panē: la-

lenda. Anima plus est ꝙ esca: et corpus plus ꝙ vestimentū. Admonet vt meminerimus multo amplius nobis deum dedisse ꝙ nos fecit/et cōposuit ex anima ꝫ corpore: ꝙ est alimentum atq; tegumentū. Vt intelligas eū qui dedit animā: multo facilius escas esse daturū. Similiter eū qui corpus dedit/ multo facilius daturū esse vestimētū. ān. Nolite soliciti esse dicētes q̄d manducabimus aut quid bibem⁹: scit enī pater vester celestis q̄d vobis necesse sit alla. Cāti. Ꝑ dict⁹ Ad vesp. ā. Querite ergo primū regnum dei et iustitiā eius: ꝫ hec oīa adijcientur vobis alleluia. Cantι. Magnificat. ¶ Dñica.xvj.ozt.

ECclesiam tuā dñe miseratio continuata mūdet et muniat: ꝫ q; sine te nō potest salua cōsistere: tuo semp munere gubernet. Per. Sc̄dm lucā.

Cap.7 IN illo tēpore. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naim: et ibāt cum illo discipuli eius: ꝫ turba copiosa. Cum aūt appropinquaret porte ciuitat: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et reliqua. Ser. exp̄mē. ve. be. pbī. ꝛc. vij.

DEfunctus hic qui extra portam ciuitatis multis est ītuentibus elatus/ significat hominē letali criminū funere lopratū: eundēq; inlup anime mortem nō cordis adhuc cubili tegentē: sed ad multorū notitiam per locutionis opisve indicium: qua si per sue hostia ciuitatis ppalantē. Qui bene filius vnicus matris sue fuisse perhibet: q; licet e multis collecta personis vna sit perfecta et immaculata virgo mater ecclesia: singuli q̄: q; tamē fidelium vniuersalis se ecclesie filios rectissime fatentur. Nam ꝫ electus quilibet q̄n ad fidē imbuitur filius est: q̄n ad fidē alios imbuit: mater ē. ℓ. vij. Portā ciuitatis qua defunct⁹ efferebatur: puto aliquē de sensibus esse corporis. Qui enim seminat inter fratres discordias: qui iniquitatē in excelso loquitur: per oris portā extrahitur mortuus. Qui viderit mulierē ad concupiscendā eam: per oculorū portā sue mortis indicia pfert. Qui fabulis ociosis/ obscenis ve carminibus/ vel detractiōib⁹ aurē libēter apit: hāc aie sue portā mortis efficit. Ceterosq; q̄ nō seruat sensus: mortis sibi ipsi referat aditus. ℓ. ix. Et hec vidua erat: ꝫ turba ciuitatis multa cū illa. Viduam esse ecclesiā ois anima/ q̄ sponsi dñiq; sui se morte redēptā meminit/ agnoscit. Diuino autē nutu multa hoim turba viduā comitabatur: vt viso tanto miraculo multi testes/ multi fierēt dñi laudatores: quā cū vidisset iesus mia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Desiste iquit q̄si mortuū flere: quē mox viuū resurgere videbis. Vbi mystice nouati dogma cōfundit: qui de

Ch.14

lua munditia superbe gliatus
hūilē pēnitētiū mūdationē eua
cuare conat: verāq; mēz eccle
siā de natoꝝ suoꝝ spūali extin
ctione plorantē/ spe vite redo
nande negat ꝓsolari debere.ā.
Ibat iesus in ciuitatem que voca
tur naim: et ecce defuncti efferebat fi
lius unicus matris sue. cā. Dñō.
Ad vel.ā. Accepit aūt oēs timor:
et magnificabāt deū dicētes: quia
ꝓpheta magn⁹ surrexit i nobis: et
quia deus visitauit plebem suam.
cā. Magt. Dñica.xvij. Dz.

Ch.14 Ta nos ās grā sp ꝫ pre
ueniat ꝫ sequatur: ac bo
nis operibus iugiter ꝓsit esse
intentos. Per. Scōm lucam.

In illo tpe. Cum intrasset
iesus in domo cuiusdā pn
cipis pharisеoꝝ sabbato mā du
care panem: ꝫ ipsi observabāt
eū. Et ecce quidā homo hydro
picus erat ante illum. Et resp.
Omes.bene.bede.phēt.Lec.ij.
Hydropis morbus ab aquelo
humore vocabulū trahit. Grе
ce enim aqua hydor vocat. Est
aūt humor subcutane⁹ de vitio
uesice natus: cū inflatione tur
gēte ꝫ āhelitu fetido. Prop̄riū
q; est hydropici: quanto magis
abūdat hūoribus inordinatis/
tanto ampli⁹ sitire. Et iō recte
cōparat ei quē fluxus carnaliū
voluptatū exuberās aggrauat
Cōparat diuiti auaro: q̄ quan
to est copiosior diuitijs/ quibus
nō bene utitur: tanto ardētius

Et respōdens iesus dixit ad le
gispitos ꝫ pharisеos. Licet sab
bato curare? At illi tacuerunt.
Dō dicit rndisse iesus: ad hoc
respicit qō ꝑmissus est: ꝫ ipi ob
seruabāt eū. Dñs em̄ nouit co
gitationes hoim. Sz merito in
terrogati tacent: q̄ cōtra se di
ctū q̄cq̄d dixerint vident. Nā si
licet sabbato curare: quare sal
uatorem an curet obseruant?
Si non licet/ quare ipsi sabba
to pecora curant? Lectio nona.

Ipse vero apphēsum sanauit
eū: ac dimisit. Prouisa dispen
satione dñs ante legisperitos ꝫ
pharisеos hydropicū curat: et
mor ꝑtra auaritiā disputat: ut
videlz ꝑ eius egritudinē corpo
ris/ i illis exprimeret egritu
dinē cordis. Deniq; post mlta dis
putatiōis eius hortamēta subiū
ctum est. Audiebāt aūt het oia
pharisei q̄ erant auari: ꝫ deride
bant illū. Hydropic⁹ q̄ppe quo
ampli⁹ biberit: ampli⁹ sitit. Et
ois auar⁹ sitim multiplicat: q̄
cū ea q̄ appetit adeptus fuerit/
ad appetenda alia ampli⁹ anhe
lat. ā. Dixit iesus ad legisperitos
et pharisеos/ si licet sabbato cura
re ꝫat illi tacuerunt: ipse vero ap
prehendēs hydropicū sanauit eum/
ac dimisit. cāti. Dñdict⁹. Ad vel.
ān. Cum vocatus fueris ad nup
tias recumbe in nouissimo loco:
ut dicat tibi qui te inuitauit: amice
ascende superius: tunc erit tibi glo
ria coram simul discūbentibus al.

Oꝛ. ꝙsumus dñe populo tuo diabolica vitaꝝ contagia: et te solū deū pura mēte sectari. Per dñm.

Sēdm math.

Cp.22 In illo tpe. Pharisei audientes q̄ ihesus silentiū imposuisset saduceis: conuenerūt in vnū. Et interrogauit ihesus vnus ex eis legisdoctoꝛ: tentās eū. Magister: quod est mandatū magnū i lege? Et re. Omel. beati ioānis epi. Lcō. viij.

Conuenerūt: vt multitudie vicerēt / quē ratione superare non poterāt. A vitate se esse nudos prohibuerunt: q̄ multitudine se armauerūt. Dicebāt em̄ apud se. Unus loquaꝝ pro oibus: et oēs loquamur per vnū: vt siquidem vicerit/ oēs videamur victoꝛes: si autē victus fuerit/ vel solus videatur cōfusus. O pharisei: qui oia propter homines cogitatis et facitis. Primum quidem venientes cū vno: vincendi estis per vnum. Lec. viij.

Cū amē pone qꝛ vno victo hoīe: nō intelligūt oēs vos esse victos. Nunqd cōscientie vestre nō sentiūt se esse confusas. Lenis em̄ est cōsolatio cū quis in seipso cōfusꝰ est: qđ ab alijs ignoratur. Magister/ qđ est mandatū mgnum in lege? Magistrū vocat: cuꝰ nō vult esse discipulus. Nō scire desiderās: sz tētās simpliciſſimꝰ interrogatoꝛ/ et maligniſſimꝰ insidiatoꝛ: de magno mandato interrogat qui nec minimū obseruat. Ille em̄ debet interrogare de maioꝛi iustitia: q̄ mioꝛē cognouit. Tu. ix.

Dñs aūt sic ei rñdit: vt interrogatiōis eius fictā conscientiā statim primo respōso ꝓcuteret dicens. Diliges dñm deū tuū ex toto coꝛde tuo/ & in tota aia tua et in tota mēte tua. Hoc est maximū & primū mandatū. Maximū aūt & minimū mandatū dicimꝰ: quantū ad dignitatē mādatoꝝ: nō quantū ad vtilitatē. Alioquin vtilitas oim mandatoꝝ: vna est: & oia mādata que vnū videtur esse mandatū/ ita sibi cohereant: vt alterū sine altero esse nō possit. Tu aūt. ān. Magister: qđ est mandatū magnū in lege? ait illi ihesus: diliges dñm deum tuum ex toto coꝛde tuo, alias cā. Sēdm. Ad vesp. ān. Quid vobis videtur de xpo: cuius filius est? dicunt ei oēs dauid: dicit eis ihesus: quomodo dauid in spiritu vocat eū dñm dicens: dixit dñs dño meo: sede a dextris meis, cāti. Magt.

℣ Dñica decimanona. Oro.

Dirigat coꝛda nostra q̄sumus dñe tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere nō possumꝰ. p. Ad. mat.

Cp. 9 In illo tempoꝛe. Ascendēs ihesus in nauiculā trāsfretauit: & venit in ciuitatē suam. Et ꝙ. Ofi. vti ioānis epi. lc. 7.

Creatoꝛ rerū oꝛbis dñs posteaq̄ se ꝓpter nos angustiauit in carne/ cepit habere humanā patriaꝝ: cepit ciuitatis iudaice esse ciuis. Parētes habere ca-

pit/ parentū oīm ipse parens: vt imitaret amoꝛ: attraheret charitas: vinceret affectio: suaderet humanitas/ quos fugauerat dñatio: metus dilperlerat: et fecerat vis poteſtatis extoꝛres. Venit in ciuitatē ſuam: ⁊ obtulerūt ei paralyticum iacētē in lecto. Tu aūt dñe. vij.

Et videns (inquit) ieſus fidem illoꝝ: dixit paralytico. Confide fili. Dimittuntur tibi peccata tua. Audit vemā ⁊ tacet paralyticus: nec vllam rependit gratiā: qz plus coꝛpoꝛis ꝙ aie tendebat ad curā: ⁊ tpales erunnas reſoluti coꝛpoꝛis ſic defleꝛbat: vt eternas penas reſolutionis aie nō defleret: gratioꝛez ſibi pꝛeſentē vitam iudicās ꝙ futurā. Merito chriſtus fidem offerentium reſpicit: ⁊ vecoꝛdiam deſpicit ſic iacentis: vt fidei aliene ſuffragio paralytici anima ante curaretur ꝙ coꝛp⁹.

Tu autem domine. Lectio.ix.

Deſpiciens (inq̄t) fidē illoꝝ. Cernitis in hoc loco fratres deum nō q̄rere inſipientiū volūtates: non expectare ignoꝛanti um fidem: nō infirmi ſtulta deſideria perſcrutari: ſed ad alteꝛius fidem ſubuenire. Reuera fratres q̄ſi medicus languētiuꝝ querit aut reſpicit voluntates: cum ſemp cōtraria deſideret et req̄rat infirmis: hinc eſt q̄ nūc ferrū: nunc ignem: nunc amara pocula ingerit ⁊ apponit inuitis: vt curā ſani ſentiant/ quaꝛ ſentire nō poterant egrotātes: ān. Dixit dñs paralytico. confide fili/ remittuntur tibi peccata tua allatā. Wñdictus. Ad del. ān. Videntes autem turbe timuerūt: et glorificauerunt deum qui dedit poteſtatem talem hominibus ꝛ̄.

Magt. Dñica xx. Oratio.

Omnipotēs ⁊ miſericoꝛs deus vniuerſa nobis aduerſantia ꝓpitiat⁹ exclude: vt mēte ⁊ coꝛpe parit expediti/ q̄ tua ſunt liberis mentibus exequamur. Per. Decādē math.

In illo tempoꝛe. Dicebat ieſus turbis parabolam hanc. Simile factum eſt regnū celoꝝ homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et reliqua. Tp.22

Omel. Dñica xx. Lec. vij.

Plerūq̄ in ſcō euangēlio per regnū celoꝝ pñs eccl̄ia deſignatur. Cōgregatio iuſtoꝝ regnū: celoꝝ dr. Qz em ꝙ ꝓphetā dñs dixit. Celū mihi ſedes eſt. Et ſalomon ait. Aia iuſti: ſedes ſapientie. Paulus etiā dixit: xp̄z dei vtutē ⁊ dei ſapientiā. Liq̄do colligē debem⁹: qz ſi deus ſapiē tia: anima aūt iuſti ſedes eſt ſapientie: dū celum dicitur ſedes dei: celū ergo eſt aia iuſti. Hinc per pſalmiſtā de ſanctis pꝛedicatoꝛibus dicitur. Celi enarrāt gloꝛiam dei. Tu aūt. Lectō. vij.

Regnū ⁊ celoꝝ eccl̄ia iuſtoꝝ eſt: qz dū coꝛ coꝛda i ꝛa ni! amb̄ut ꝙ hoc ꝙ ad ſupna ſuſpirāt iā i eis dñs q̄ſi in celeſtibus re-

gnñ celoꝝ hoi regi: q̄ fecit nuptias filio suo. Jā itelligit charitas vēa: q̄s est rex regis filij pater. Ille nimirū cui psalmista ait. Deus iudicium tuū regi da: et iusticiam tuam filio regis. Tu autem dñe. Lectio.ix.

Qui fecit nuptias filio suo. Tunc eī deus pī deo filio nuptias fecit: qñ hūc in vtero v̄ginis hūane nature ꝛiunxit. Mñ deū ante secula fieri voluit hominē in fine seclorū. Sed q̄ ex duob⁹ plonis solet fieri ista cōiunctio: absit hoc ab intellectib⁹ nr̄is/vt plonā dei et hois salua tozis nr̄i iesu xp̄i ex duab⁹ personis credamus esse vnitā. Ex duab⁹ q̄ppe atq; in duab⁹ hunc naturis existere dicim⁹. Sz ex duab⁹ plonis ꝛpolitū credi (vt nephas) vitem⁹. ā Dicite inuitatis: ecce p̄ādiū meū parau: venite ad nuptias alr. cā. Hñd. Ad vel. ān. Nuptie q̄dē parate sunt sed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni: ite ergo ad exitus viaꝝ ⁊ quoscunq; inueneritis/vocate ad nuptias alr̄a. cāt Magt. ℣ Dñica.xxj.Dr.

Largire q̄sum⁹ dñe fidelibus tuis indulgētiā placat⁹ ⁊ pacē: vt pariter ab oībus mūdētur offensis: ⁊ secura tibi mēte deseruiāt. Per dñ. Sq. ioñ.

Ep. 4 In illo tpe. Erat q̄dam regulus: cui⁹ filius infirmabat capharnaū. Hic cū audisset quia iesus aduenisset a iudea in galileā: abijt ad eum/⁊ rogabat eum vt descenderet et sanaret filiū eius. Incipiebat eī mori. Et rel. Dñe.bti greg. ... l.7.

Lectio scī euāgelij quā modo fratres audistis: expositiōe nō indiget. Sed ne hanc tacite p̄terisse videamur: exhortādo potius q̄ exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc aūt nobis solūmodo de expositione video esse requirendū. Cur is q̄ ad salutē petendam venerat audiuit: nisi signa et p̄odigia videritis/ non creditis. Tu aūt. Lec.vij.

Qui eī salutē querebat filio: p̄culdubio credebat. Neq; eī ab illo q̄reret salutē: quem non crederet saluatorē. Quare ergo dicit: Nisi signa ⁊ p̄odigia videritis nō creditis: cum ante crederet/q̄ signū videret. Sed memētote q̄d petijt: ⁊ aperte cognoscetis q̄ in fide dubitauit. Deposcit nanq; vt descēderet/⁊ sanaret filiū eius. Tu. Lec.ix.

Corporalē ergo p̄sentiā dñi q̄rebat: q̄ per spm̄ nusq; deerat. Minus itaq; in eum credidit: quē nō putauit posse salutē dare nisi p̄sens eēt ⁊ corpe. Si eī perfecte credidisset: p̄culdubio sciret q̄ nō esset locus/vbi non esset deus. Ex magna ergo parte diffidus est: q̄ virtutē nō dedit maiestati: sed p̄sentie corporali. Tu autē. ān. Erat q̄dam regulus cuius filius infirmabat capharnaum: hic cū audisset quia iesus aduenisset in galileā: rogabat eum vt sanaret filiū eius. cā. Hñ dictus. Ad vel. ān. Cognouit aūt

patet q; illa hora erat in qua dixit ihesus/filius tuus viuit:et credidit ipse et domus eius tota. Cantic. Magt. ¶ Dñica.xxij. Oratio.

HUmiliã tuã qs dñe cõtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatib⁹ te protegẽte sit libera:ℰ i bõis actib⁹ tuo noi sit deuota. Per dñ. Seqũs math.

In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolã hãc Simile est regnũ celoꝝ hoi regi:qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et reliq̃. Omelia bti augustini epi. Lect.viij.

nauerūt:& ego ſicut fenū arui.
Tu autem domine in eternū
permanes:& memoriale tuū in
generatione & generationem.
Tu exurgens domine miſere
beris ſion:q; tempus miſerēdi
eius:q; venit tempus.
Quoniam placuerūt ſeruis tuis la-
pides eius:& terre eius miſerebūt.
Et timebūt gentes nomē tuū
domine: et omnes reges terre
gloriam tuam.
Quia edificauit dominus ſiō:
& videbitur in gloria ſua.
Reſperit i oratione humiliū:
& non ſprevit precem eorum.
Scribantur hec in generatio
ne altera: & populus qui crea
bitur laudabit dominum.
Quia proſperit de excelſo ſcō
ſuo:dñs de celo i terrā aſpexit.
Vt audiret gemitus compedito-
rum: vt ſolueret filios interēptorū.
Vt annunciēt in ſion nomen
dñi: & laudē eius in hieruſalē.
In cōueniēdo populos i vnū:
& reges vt ſeruiant domino.
Reſpondit ei in via virtutis
ſue:paucitatem dierū meorum
nuncia mihi.
Ne reuoces me i dimidio die-
rū meorū: in generatione & ge-
nerationem anni tui.
Initio tu dñe terrā fundaſti:
& opera manuū tuarū ſunt celi
Ipſi peribunt tu autem per-
manes:& omnes ſicut veſtimē-
tum veteraſcent.
Et ſicut operimentum mutabis

cos ⁊ mutabuntur: tu autē idē
ipse es ⁊ anni tui non deficiēt.
Filij seruoꝝ tuoꝝ habitabūt
⁊ semē eoꝝ in seculū dirigetur. ꝑ. cij.
Benedic anima mea dño:
⁊ omnia que intra me sūt
nomini sancto eius.
Benedic aīa mea dño: ⁊ noli
obliuiscī oēs retributiones eius.
Qui ꝓpitiatur omnib⁹ iniq-
tatibus tuis: qui sanat omnes
infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitā
tuā: qui coronat te in misericor-
dia ⁊ miserationibus.
Qui replet in bonis desideriū
tuū: renouabit vt aquile iuuē-
tus tua.
Faciēs mias dñs: ⁊ iudicium
omnib⁹ iniuriā patiētibus.
Notas fecit vias suas moysi:
filijs israel voluntates suas.
Miserator ⁊ misericors dñs:
lōganimis ⁊ multū misericors
Non in perpetuū irascetur:
neqꝫ in eternum cōminabitur.
Non secūdū peccata nostra fe
cit nobis: neqꝫ secōm iniquita-
tes nostras retribuet nobis.
Quoniā secundū altitudinē
celi a terra: corroborauit mia-
suam super timentes se.
Quātum distat ortus ab occi
dente: longe fecit a nobis iniq
tates nostras.
Quō miseretur pr̄ filiorꝫ miser
tus est dñs timētib⁹ se: qm̄ ipse
cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est qm̄ pulus su-
mus: homo sicut fenū dies eius
tanq̄ flos agri sic efflorebit.
Quoniā spiritus pertrāsibit
in illo ⁊ non subsistet: ⁊ non co
gnoscet amplius locum suum.
Mia aūt dñi ab eterno: ⁊ vsqꝫ
in eternū super timētes eum.
Et iustitia illius in filios filio
rū: hisq̄ seruāt testamētū eius.
Et memores sunt mādatorū
ipsius: ad faciendum ea.
Dns in celo parauit sedē suā:
⁊ regnū ipsi⁹ oībus dñabitur.
Benedicite domino omnes an
geli eius potētes virtute facie
tes verbū illius: ad audiendam
vocem sermonum eius.
Benedicite dño oēs virtutes ei⁹:
ministri ei⁹ q̄ facit voluntatē ei⁹
Benedicite domio omnia ope-
ra eius: in omni loco domina-
tionis ei⁹: benedic anima mea
domino. Gloria pa. ān. Clamor
meus ad te veniat deus. ꝑ. cij.
Benedic anima mea dño:
domine deus me⁹ magni
ficatus es vehementer.
Confessionē ⁊ decorem induisti:
amict⁹ lumine sicut vestimēto.
Extēdens celū sicut pellē: qui
tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubē ascēsū tuū:
q̄ ambulas sup pennas vētor.
Qui facis āgelos tuos spūs:
⁊ ministros tuos ignē vrentē.
Qui fundasti terram sup sta
bilitatē suā: non inclinabitur
in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimētū amī
ctus ei⁹: sup mōtes stabūt aq̄.
Ab increpatiōe tua fugiēt: a

voce tonitrui tui formidabūt.
Alcēdūt mōtes & delcēdūt cā
pi: i locum quē fundasti eis.
Terminum posuisti quē non
transgrediētur: neq; conuertē-
tur operire terram.
Qui emittis fontes i conual-
libus: inter medium montium
pertransibunt aque.
Potabunt omnes bestie agri:
expectabūt onagri in siti sua.
Sup eas volucres celi habitabūt:
de medio petrarū dabunt voces
Rigans montes de superio-
ribus suis: de fructu operū tuoꝝ
satiabitur terra.
Producens fenum iumentis
& herbam seruituti hominum.
Ut educas panē de terra: et
vinū letificet cor hominis.
Ut exhilaret faciē in oleo: et
panis cor hominis confirmet.
Saturabūtur ligna campi &
cedri libani quas plantauit:
illic passeres nidificabunt.
Herodij domus dux est eorū:
mōtes excelsi cervis: petra re-
fugium herinaciis.
Fecit lunam in tempora: sol
cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras & facta est
nox: in ipsa pertransibunt oēs
bestie silue.
Catuli leonū rugiētes: vt ra
piāt & querant a deo escā sibi.
Ortus est sol & congregati sunt:
& i cubilib⁹ suis collocabūtur.
Exibit homo ad op⁹ suū: & ad
operationē suā vsq; ad vesperā.
Quā magnificata sunt opa
tua dñe: oīa in sapiētia fecisti:
impleta est terra possessiōe tua
Hoc mare magnum & spacio-
sum manib⁹: illic reptilia quo-
rum non est numerus.
Animalia pusilla cum ma-
gnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad
illudēdum ei: oīa a te expectāt
vt des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent: ape-
riente te manum tuam/ omnia
implebuntur bonitate.
Auertēte aūt te faciē turba-
bunt: auferes spiritū eor & de-
ficiēt/ & i puluerē suū reuertēt.
Emitte spm̄ tuū & creabunt:
& renouabis faciem terre.
Sit gloria dñi i seculū: leta-
bitur dominus i operibus suis.
Qui respicit trā & facit eā tre
mere: q̄ tāgit mōtes & fumigāt
Cantabo dño i vita mea: psal
lam deo meo q̄diu sum.
Jocundū sit ei eloquiū meū:
ego vero delectabor i domino.
Deficiant peccatores a terra:
& iniqui ita vt non sint: bene-
dic a ia mea domino. ps. cxiij.
Confitemini domino & in-
uocate nomē ei⁹ annun-
ciate inter gentes opera eius.
Cantate ei & psallite ei: nar-
rate omnia mirabilia ei⁹/ lau-
damini in nomine sancto eius.
Letetur cor querētium dñm
querite dominum et confirma-
mini: querite faciē eius semp.
Memētote mirabiliū ei⁹ q̄ fe-
cit: vltiones eius [illegible]

Semen abraham serui eius:
filij iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster:in
vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testa
menti sui:verbi quod mandā-
uit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham:
et iuramenti sui ad isaac.
Et statuit illd iacob ī p̄ceptū
et israel ī testamentū eternū.
Dicēs tibi dabo terrā chana-
an:funiculū hereditat̄ vestre
Cū essent numero vrcui:pau
cissimi et incole eius.
Et ptrāsierunt de gēte in gē-
tē:et de regno ad pplm alterū.
Non reliquit hominem noce-
re eis:& corripuit p eis reges.
Nolite tāgere xp̄os meos:et ī
pphet̄ meis nolite malignari
Et vocauit famē sup terrā:et
oē firmamētū panis cōtriuit.
Misit ante eos virum: in ser-
vum venundatus est ioseph.
Humiliauerunt in compedi-
bus p̄des eius:ferrū ptransijt
aiaz ei9:donec veniret v̄bū ei9
Eloquiū dñi inflāmauit eū:
misit rex & soluit eū/princeps
populorum et dimisit eum.
Cōstituit eū dñm domus sue:
et p̄cipē oīs possessiōis sue.
Vt erudiret p̄cipes eius sī
cut semetipsum: et senes eius
p̄udentiam doceret.
Et intrauit israel ī egyptū:et
iacob accola fuit in terra chā.
Et auxit populum suū vehe-
menter:et firmauit eum super
inimicos eius.
Conuertit cor eorum vt odi-
rent populū eius:et dolum fa-
cerent in seruos eius.
Misit moysen seruum suum:
aaron quem elegit ipsum.
Posuit ī eis v̄ba signor suo-
rū:& p̄digior in terra cham.
Misit tenebras & obscurauit:
& nō exacerbauit sermōes suos
Conuertit aquas eorū in san
guinem:& occidit pisces eorū.
Et edidit terra eor ranas:in
penetralibus regum ipsorum.
Dixit & venit cynomyia & cy-
niphes:in oīb⁹ finibus eorū.
Posuit pluuias eor grādinē:
ignē cōburentē in terra ipsor
Et percussit vineas eor & fi-
culneas eorum:et contriuit li-
gnū finium eorum.
Dixit & venit locusta & bruc9:
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum ī ter
ra eorum:et comedit omnē fru
ctum terre eorum.
Et percussit omne p̄imogeni
tum in terra eorum:p̄imitias
omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento &
auro:et non erat in tribubus
eorum infirmus.
Letata est egyptus in p̄fec-
tione eorum:quia incubuit ti-
mor eorum super eos.
Expādit nubē ī p̄tectionē eor
et ignē vt luceret eis p noctem
Petierunt et venit coturnix:
et pane celi saturauit eos.
Dirupit petram & fluxerunt

aque:abierunt i ſicco flumina.

Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui:quod habuit ad abraham puerum ſuum.

Et eduxit populū ſuū ī exultatiōe:& electos ſuos in letitia

Et dedit illis regiōes gētiū:& labores populor poſſederunt.

Ut cuſtodiant iuſtificatiōes ei9:& legē ei9 exq̄rāt. Glia. ñn. Benedic aia mea dño. ps.cv.

Confitemini domino qñ bonus:quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Quis loquetur potētias dñi: auditas faciet oēs laudes ei9?

Beati q̄ cuſtodiūt iudicium:& faciūt iuſtitiā in oñi tēpore.

Memento noſtri dñe in beneplacito populi tui:viſita nos ī ſalutari tuo.

Ad videdū ī bonitate elector tuor/ad letādū ī letitia gētis tue:vt laudet cū hereditate tua

Peccauimus cū patrib9 nīris: iniuſte egim9 iniq̄tatē fecim9.

Patres noſtri in egypto non intellexerūt mirabilia tua:nō fuerūt memores multitudinis miſericordie tue.

Et irritauerunt aſcēdētes in mare mare rubrum:& ſaluauit eos propter nomē ſuū vt notā faceret potentiam ſuam.

Et increpuit mare rubrum & exſiccatum eſt:& deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.

Et ſaluauit eos de manu odiē tiū:& redēit eos de manu īimici

Et operuit aqua tribulantes eos:vnus ex eis non remanſit.

Et crediderunt in verbis ei9: et laudauerunt laudem eius.

Cito fecerūt obliti ſūt operū ei9:& nō ſuſtinuerūt conſiliū ei9.

Et concupierunt concupiſcētiam in deſetro:et tentauerunt deum in inaquoſo.

Et dedit eis petitionē ipor:& miſit ſaturitatē in aīas cor.

Et irritauerūt moyſen in caſtris:aaron ſanctum domini.

Aperta eſt terra & deglutinit dathan:et operuit ſuper cōgregationem abiron.

Et exarſit ignis in ſynagoga cor:flāma cōbuſſit peccatores.

Et fecerunt vitulum in oreb: et adorauerunt ſculptile.

Et mutauerunt gloriam ſuā: in ſimilitudinem vituli comedentis fenum.

Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos / qui fecit magnalia in egypto:mirabilia in terra chā/ terribilia in mari rubro.

Et dixit vt diſperderet eos:ſi non moyſes electus ei9 ſtetiſſet in confractione in conſpectu ei9

Ut auerteret iram ei9 ne diſperderet eos:& pro nichilo habuerūt terram deſiderabilem.

Non crediderūt verbo ei9:& murmurauerūt i tabernaculis ſuis non exaudierūt vocē domini.

Et leuauit manū ſuā ſup eos vt proſterneret eos in deſerto.

Et vt deiceret ſemen eorum in nationibus:et diſperderet eos in regionibus

Et initiati sunt beelphegor:
& comederūt sacrificia mortuor.
Et irritauerunt eum in adin
uētionibus suis:& multiplica-
ta est in eis ruina.
Et stetit phinees & placauit:
et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iusti-
tiā:in generatione et genera-
tionem vsq; in sempiternum.
Et irritauerunt eū ad aquas
contradictionis:et vexatus est
moyses propter eos: quia exa-
cerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labijs suis:nō
dispserdiderunt gentes quas di
xit dominus illis.
Et cōmixti sunt inter gentes
et didicerunt opera eorum: et
seruierunt sculptilibus eorum
et factum est illis in scandalū.
Et immolauerūt filios suos:
et filias suas demonijs.
Et effuderunt sanguinē inno
centem/sanguinē filiorum suo
rū et filiarū suarū:quas sacri-
ficauerūt sculptilibus chanaā
Et interfecta est terra in san
guinibus& ꝓtaminata est i operi
bus eorū:et fornicati sunt in
adinuentionibus suis.
Et iratus est furore domin⁹
in populum suum:et abomina
tus est hereditatem suam
Et tradidit eos in manus gē-
tium:et dominati sunt eorum
qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimi-
ci eor:& hūiliati sunt sub ma-
nibus eor. Sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt
cum in consilio suo:& humilia-
ti sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularētur:&
audiuit oratiōnem eorum.
Et memor fuit testamēti sui:
et penituit eum secundū mul-
titudinem misericordie sue.
Et dedit eos in mias:in con-
spectu oim qui ceperant eos.
Saluos fac nos dñe de⁹ nr̄:et
congrega nos de nationibus.
Ut confiteamur nomini scto
tuo:et gloriemur in laude tua
Benedictus dñs deus israel a
seculo et vsq; in sc̄m: et dicet
omis populus fiat fiat. ps. cvi.
Confitemini dño qm̄ bo-
nus.qm̄ in sc̄m mia ei⁹.
Dicant q redēpti sunt a dño/
quos redemit de manu inimici:
de regionibus cōgregauit eos.
A solis ortus occasu:ab aqui
lone et mari.
Errauerunt in solitudine in
inaquoso:viam ciuitatis habi
taculi non inuenerunt.
Esurientes et sitiētes:anima
eorum in ipsis defecit.
Et clamauerūt ad dominum
cū tribularentur:et de necessi-
tatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos i viā rectā:vt
irēt in ciuitatem habitatiōis.
Confiteātur dño mie eius:et
mirabilia eius filijs hominum
Qz satiauit animā inanē:et
animā esurientē satiauit bonis.
Sedentes in tenebris et vm-
bra mortis:vinctos in mendi-

citate et ferro.

Q. ꝛ exacerbauerũt eloq̃a dei: et cõsiliũ altissimi irritauerũt

Et humiliatũ est in laboꝛib⁹ coꝛ eoꝛ:et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerũt ad dñm cum tribularentur:et de necessitatibus eoꝛum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebꝛ ⁊ vmbꝛa moꝛtis:⁊ vincula eoꝛ dirupit

Confiteantur dño mie ei⁹:et mirabilia eius filijs hominum

Quia cõtriuit poꝛtas ereas: et vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eoꝛum:propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est aĩa eoꝛum:et appꝛopinquauerunt vsq; ad poꝛtas moꝛtis.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur:et de necessitatibus eoꝛum liberauit eos.

Misit ỽbũ suũ ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de ꝛuinis eoꝛ

Cõfiteant dño mie ei⁹:⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Et sacrificẽt sacrificium laudis:et annuncient opera ei⁹ in exultatione.

Qui descẽdunt mare in nauibus:facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera dñi:⁊ mirabilia eius in pꝛofundo.

Dixit⁊ stetit spiritus pꝛocelle: et exaltati sunt fluctus eius.

Ascendũt vsq; ad celos et descendũt vsq; ad abyssos:anima eoꝛum in malis tabescebat.

Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebꝛius:et omnis sapientia eoꝛum deuoꝛata est.

Et clamauerũt ad dominum cum tribularent:et de necessitatibus eoꝛum eduxit eos.

Et statuit pꝛocellam eius in aurã:⁊ siluerunt fluctus eius.

Et letati sunt quia siluerũt: et deduxit eos in poꝛtum voluntatis eoꝛum.

Cõfiteantur dño mie eius:⁊ mirabilia eius filijs hominũ.

Et exaltent eũ in ecclesia plebis:et in cathedꝛa seniop laudent eum.

Posuit flumina in desertũ:⁊ exitus aquarum in sitim.

Terrã fructiferã i salsuginẽ: a malitia inhabitantiũ in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum:et terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes et constituerunt ciuitatem habitationis.

Et seminauerũt agros ⁊ plãtauerunt vineas:⁊ fecerũt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis⁊ multiplicati sunt nimis:et iumenta eoꝛ non minoꝛauit.

Et pauci facti sunt ⁊ vexati sũt a tribulatiõe malop⁊ dolop

Effusa est cõtẽtio super pꝛincipes:⁊ errare fecit eos i inuio et non in via.

Et adiuuit pauꝛẽ de ꝛopia:

Videbūt recti et letabunt: et
omis iniqtas opilabit os suum.
Quis sapiēs et custodiet hec:
et intelliget miās dñi? Glia.
Visita nos domine i salutari tuo.

Paratū cor meū [Ps. cviij.
deus paratū cor meū: cāta-
bo et psallam i gloria mea.
Exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo.
Cōfitebor tibi i populis dñe:
et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est sup celos mia tua: et vsq ad nubes veritas tua
Exaltare super celos deus/et
super omnem terrā gloria tua
vt liberentur dilecti tui.
Salui fac dextera tua et exaudi me: deus locut⁹ est in scō suo.
Exultabo et diuidā sichimā: et
convallē tabernaculoz dimetiar
Meus est galaad et meus est
manasses: et effraim susceptio
capitis mei.
Iuda rex meus: moab lebes
spei mee.
In idumeam extendā calcia-
mentum meum: michi alienige
ne amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatē
munitā: quis deducet me vsq
in idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti
nos: et non exibis deus in vir-
tutibus nostris?
Da nobis auxiliū de tribula
tione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et
ipse ad nichilū deducet inimi-
cos nostros. Psalmus. cviij.

Deus laudē meam ne ta
cueris: quia os peccatoris
et os dolosi sup me apertū est.
Locuti sunt aduersū me lin-
gua dolosa: et sermonibus odij
circumdederunt me: et expugna
uerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerēt detra
hebant michi: ego aūt orabam
Et posuerūt aduersū me mala
pro bonis: et odiū pro dilectiōe mea
Constitue sup eū pctōrem: et
diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat cōdēna
tus: et oratio ei⁹ fiat in pctm̄.
Fiant dies eius pauci: et epi-
scopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et
uxor eius vidua.
Nutantes transferantur filij
eius et mēdicent: et ejciantur de
habitantibus suis.
Scrutetur fenerator omnem
substantiam eius: et diripiant
alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit q̄
misereatur pupillis eius.
Fiant nati ei⁹ in interitū: in
gnatiōe vna deleat nomē eius.
In memoriā redeat iniquitas
patrū eius in conspectu dñi: et
pctm̄ matris eius non deleat.
Fiāt contra dñm sp/et dispereat
de terra memoria eoz: pro eo q̄
non est recordat⁹ facere miām.
Et persecutus est hominē lo-
rem et mēdicum: et compūctum
corde mortificare.
Et dilexit maledictionē et ve
niet ei: et noluit benedictionem

et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionē sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interioza eius/et sicut oleum in ossibus meis.

Fiat ei sicut vestimentū quo operiť: et sicut zona qua semp precingitur.

Hoc opus eoz qui detrahunt michi apud dñm: ꝛ qui loquūť mala aduersus animam meā.

Et tu dñe fac mecū ꝓpter nomē tuū: qz suauis est mia tua.

Libera me qz egen⁹ ꝛ pauper ego sum: ꝛ coz meum conturbatum est intra me.

Sicut vmbza cū declinat ablatus sū: ꝛ excuss⁹ sū sicut locuste

Genua mea infirmata sunt a ieiunio: ꝛ caro mea immutata est ꝓpter oleum.

Et ego factus sum oppzobziū illis: viderunt me ꝛ mouerunt capita sua.

Adiuua me dñe deus me⁹: saluum me fac secdm miam tuam

Et sciēt qz manus tua hec: et tu domine fecisti eam.

Maledicent illi ꝛ tu bñdices: qui insurgūt in me ꝛfundent/ seruus autem tuus letabitur.

Induant qui detrahūt michi pudoze: ꝛ operiantur sicut diploide confusione sua.

Confitebor domino nimis in oze meo: ꝛ in medio multoz laudabo eum.

Qui astitit a dextris pauperis: vt saluā faceret a persequētibus animā meā.

Cōfitebor dño nimis i oze meo.

Dñe exaudi orationē meā. Et clamoz. Ante lauď. ō. Fiat mia tua dñe, In lau. ā. Benigne fac i bōa volūtate tua dñe ō. Miserē.

Bonum est confiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. [ps. xci.

Ad annunciandū mane miaz tuā: ꝛ veritatē tuā per noctem

In decachozdo psalterio: cum cantico in citara.

Quia delectasti me domine i factura tua: ꝛ in operibus manuum tuarum exultabo.

Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis ꝓfunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiens nō cognoscet: et stultus non intelliget hec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: ꝛ apparuerint oēs qui operantur iniquitatē.

Ut intereāt i scm scli: tu aūt altissimus in eternū domine.

Qm ecce inimici tui dñe/ qm ecce inimici tui peribūt: ꝛ dispgētur oēs q̄ operātur iniq̄tatē

Et exaltabiť sicut vnicoznis coznu meū: et senectus mea in misericozdia vberi.

Et despexit oculus me⁹ inimicos meos: ꝛ insurgētib⁹ i me malignantib⁹ audiet auris mea.

Iust⁹ vt palma flozebit: sicut cedzus libani multiplicabitur

Plantati in domo domini: in atrijs dom⁹ dei nr̄i flozebunt.

Adhuc multiplicabuntur in

Videbũt recti et letabunt: et
oĩs iniqtas opilabit os suum.
Quis sapiẽs et custodiet hec:
et intelliget mĩas dñi? Glia.
Visita nos domine i salutari tuo.

Parat ũ cor meũ [ō. cbu.
deus paratũ cor meũ: cãtabo et psallam i gloria mea.
Exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi i populis dñe:
et psallam tibi in nationibus.
Qz magna est sup celos mia tua: et vsq ad nubes veritas tua
Exaltare super celos deus/et super omnem terrã gloria tua
vt liberentur dilecti tui.
Salui fac dextera tua et exaudi me: deꝰ locutꝰ est in scõ suo.
Exultabo et diuidã sichimã: et conualle tabernaculoz dimetiar
Meus est galaad et meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei.
Juda rex meus: moab lebes spei mee.
In idumeam extendã calciamentum meum: michi alienige ne amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vsq in idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti nos: et non exibis deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxiliũ de tribulatione: qz vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et ipse ad nichilũ deducet inimicos nostros. Psalmus. cxxxj

Deus laudẽ meam ne tacueris: qz os peccatoꝝ et os dolosi sup me apertũ est.
Locuti sunt aduersũ me lingua dolosa: et sermonibus odij circumdederunt me: et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerẽt detrahebant michi: ego aũt orabam
Et posuerũt aduersũ me mala p bõis: et odiũ p dilectiõe mea
Constitue sup eũ pctõrem: et diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat cõdẽnatus: et oratio eiꝰ fiat in pctm.
Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filij eius et mẽdicent: et ejciantur de habitantibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam eius: et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit q̃ misereatur pupillis eius.
Fiant nati eiꝰ in interitũ: in gnãtiõe vna deleat nomẽ eius.
In memoria redeat iniquitas pãtrũ eius in conspectu dñi: et pctm matris eius non deleat.
Fiãt contra dñm sp/et dispereat de terra memoria eoz: pro eo q̃ non est recordatꝰ facere miam.
Et persecutus est hominẽ inopem et mẽdicum: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionẽ et veniet ei: et noluit benedictionem

et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionē sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interiora eius/ et sicut oleum in ossibus meis.

Fiat ei sicut vestimentū quo operiť: et sicut zona qua semp precingitur.

Hoc opus eorū qui detrahunt michi apud dñm: et qui loquūť mala aduersus animam meā.

Et tu dñe fac mecū ppter nomē tuū: qz suauis est mia tua.

Libera me qz egen⁹ et pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me.

Sicut vmbra cū declinat ablatus sū: et excuss⁹ sū sicut locuste

Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobriū illis: viderunt me et mouerunt capita sua.

Adiuua me dñe deus me⁹: saluum me fac secōm miam tuam

Et sciēt qz manus tua hec: et tu domine fecisti eam.

Maledicent illi et tu bñdices: qui insurgūt in me confundent/ seruus autem tuus letabitur.

Induant qui detrahūt michi pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua.

Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum.

Qui astitit a dextris pauperis: vt saluā faceret a persequētibus animā meā.

Cōfitebor dño nimis i ore meo.

Dñe exaudi orationē meā. Et clamor. Ante laud. ℟. Fiat mia tua dñe. In lau. ā. Benigne fac i bōa volūtate tua dñe ℣. Miserē.

Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. [Ps. xci.

Ad annunciandū mane miaz tuā: et veritatē tuā per noctem

In decachordo psalterio: cum cantico in citara.

Quia delectasti me domine i factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo.

Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis profunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiens nō cognoscet: et stultus non intelliget hec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint oēs qui operantur iniquitatē.

Vt intereāt i scm scli: tu aūt altissimus in eternū domine.

Qm ecce inimici tui dñe/ qm ecce inimici tui peribūt: et dispgētur oēs q operātur iniqtatē

Et exaltabit sicut vnicornis cornu meū: et senectus mea in misericordia vberi.

Et despexit oculus me⁹ inimicos meos: et insurgētib⁹ i me malignantib⁹ audiet auris mea.

Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur

Plantati in domo domini: in atriis dom⁹ dei nr̄i florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in

erunt vt annuncient.

Quoniam rectus dominꝰ deꝰ noster:et non est iniquitas in eo

Gloria.ãn. Bonũ est cõfiteri domino.ãn. Qui uát dñm oẽs fines terre.ps. Deus deꝰ. Cãticũ.

Deutc. cõ. 32. Audite celi q̃ loquor:audiat terra vba oris mei.

Q̃ cõrescat vt pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquiũ meũ.

Quasi imber super herbã:et quasi stille sup gramina:quia nomen domini invocabo.

Date magnificentiã deo nr̃o: dei pfecta sunt opera/ꝫ omnes vie eius iudicia.

Deus fidelisꝫ absq; vlla iniq̃tate iustꝰ ꝫ rectꝰ:peccauerunt ei/ꝫ non filij eius in sordibus.

Generatio prava atq; peruersa:heccine reddis domino populo stulte et insipiens?

Nunqd nõ ipse est patꝰ tuꝰ q̃ possedit te:ꝫ fecit ꝫ creauit te.

Memento dierꝫ antiquorum: cogita generationes singulas

Interroga patrẽ tuum/et annunciabit tibi:maiores tuos ꝫ dicent tibi.

Quãdo dividebat altissimus gẽtes:qñ separabat filios adã.

Q̃ cõstituit terminos populorũ:iuxta numerũ filiorꝫ israel.

Pars aũt dñi ppl's eiꝰ:iacob funiculus hereditatis eius.

Inuenit eũ in terra deserta:in loco horroris et vaste solitudis.

Circũduxit eũ ꝫ docuit:ꝫ custodiuit quasi pupillã oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos:et super eos volitans.

Expandit alas suas et assumpsit eos: atq; portauit in humeris suis.

Dominus solus dux eiꝰ fuit: et nõ erat cũ eo deus alienus.

Q̃ cõstituit eũ sup excelsa terrã:vt comederet fructꝰ agrorꝫ.

Vt suggeret mel de petra:oleumq; de saxo durissimo.

Butyrum de armẽto:ꝫ lac de armẽtis cum adipe agnorum ꝫ arietum filiorum basan.

Et hircos cum medulla tritici:et sanguinem vue biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus ꝫ recalcitrauit:incrassatus impinguatus dilatatus.

Dereliquit deũ factorẽ suum: et recessit a deo salutari suo.

Prouocauerunt eum in dijs alienis:et in abominationibꝰ ad iracundiam concitauerũt.

Immolauerunt demonijs et non deo:dijs quos ignorabãt.

Noui recẽtesq; venerũt:quos non coluerunt patres eorum.

Deũ q̃ te genuit dereliq̃sti:ꝫ oblitus es dñi creatoris tui.

Vidit dñs et ad iracundiam concitatus est:quia prouocauerunt eum filij sui ꝫ filie.

Et ait/abscõdã faciẽ meã ab eis:ꝫ considerabo novissima eorꝫ

Generatio enim peruersa est: et infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt in non deo:et irritauerũt

in vanitatibus suis.
Et ego vocabo eos in eo q̄ non est populus: et i gente stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo: et ardebit vsq; ad inferni nouissima.
Deuorabitq; terram cū germine suo: ⁊ montium fundamēta comburet.
Cōgregabo sup eos mala: et sagittas meas cōplebo in eis.
Cōsumentur fame ⁊ deuorabūt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittā in eos: cum furore trahentium super terram atq; serpentium
Foris vastabit eos gladius: ⁊ intus pauor.
Iuuenem simul ac virginem: lactentem cum homine sene.
Et dixi/ vbi nam sunt: cessare faciā ex hoībus memoriā eor.
Sed propter iram inimicor. distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerēt manus nostra excelsa: et nō dñs fecit hec oīa.
Gens absq; consilio est et sine prudētia: vtinā saperēt ⁊ intelligerēt/ ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebat vnus mille: ⁊ duo fugarēt decē milia
Nōne ideo q̄ deus su⁹ vendidit eos: ⁊ dñs concluſit illos?
Nō em̄ est deus nr̄ vt dij eor: et inimici nostri sunt iudices.
De vinea sodomor. vinea eorū: et de suburbanis gomorre.
Uua eorum uua fellis: ⁊ botri amarissimi.
Fel draconum vinum eor: ⁊ venenū aspidum insanabile.
Nōne hec condita sunt apud me: ⁊ signata i thesauris meis
Mea est vltio ⁊ ego retribuā eis in tēpore: vt labat pes eor
Iurta est dies perditionis: et adesse festinant tempora.
Iudicabit dñs populū suum: et in seruis suis miserebitur.
Uidebit q̄ infirmata sit manus ei⁹: et clausi quoq; defecerunt/ reliduiq; consumpti sunt
Et dicēt/ vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam?
De quor. victimas comedebant adipes: ⁊ bibebant vinū libaminum.
Surgant et opitulent vobis: et in necessitate vos protegāt.
Uidete q̄ ego sim solus: ⁊ nō sit alius deus preter me.
Ego occidā ⁊ ego viuere faciā pcutiā ⁊ ego sanabo: ⁊ nō est q̄ de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celū manū meaz: et dicam viuo ego in eternum.
Si acuero vt fulgur gladium meum: ⁊ arripuerint iudicium manus mee.
Reddā vltionē hostib⁹ meis: et his q̄ oderunt me retribuam
Inebriabo sagittas meas sāguine: et gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occisor. ⁊ de captiuitate nudati inimicor. capit.
Laudate gētes pplm eius: q̄ sāguinē seruor. suor. vlciscet.

Et vindictã retribuet i hostes eoꝝ: & ppitius erit terre populi sui. Glia. ãn. Et iserus suus dñs miserebit. ã. In cymbalis bene sonãtib⁹ laudate dñm. ℣. Laud. ps. Vigilate. Sequẽs hy⁹ dz solũ ad lau. i sab. prio ãn. d. f. xl. qñ i pdic. sab. dr set. agẽ. hy⁹

AUroza iam spargit polum/ terris dies illabit: lucis resultat spiculum: discedat omne lubricum.

Ratasma noctis decidat: mẽtis reatus subruat: quicquid tenebris horridum/ nox attulit culpe cadat.

Ut mane illud vltimũ/ quod prestolamur cernui: in lucẽ nobis effluat/ dum hoc canore cõcrepat. O eo pri sit glia. Per eiatẽ. hy⁹. Ecce iã. d. In matutinis. ãn. In diã pacis dirige nos domine. cãt. Bñd⁹ Preces. ẽ. vtã. oõ. vt decet. ℣ In dominicis diebus ad vesp. ps. cix.



DIxit dominus domino meo: sede a dextris meis.

Donec ponã inimicos tuos: scabellũ pedũ tuoꝝ.

Virgã virtutis tue emittet dominus ex sion: dominare in medio inimicoꝝ tuoꝝ.

Tecũ principiũ i die virtutis tue in splendoribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferũ genui te.

Iurauit dñs & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secũdũ ordinem melchisedech.

Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges.

Iudicabit i nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multoꝝ.

De torrẽte i via bibit: propter ea exaltabit caput. Glia pri. ãn. Sede a dextris meis dixit dominus domino meo. ps. cx.

COnfitebor tibi domine i toto corde meo: in consilio iustoꝝ & congregatione.

Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates ei⁹.

Confessio & magnificẽtia op⁹ eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suoꝝ misericors & miserator dñs: escã dedit timentibus se.

Memor erit in seculũ testamẽti sui: virtutem operum suoꝝ annunciabit populo suo.

Ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas et iudicium.

Fidelia omnia mandata ei⁹ confirmata in seculum seculi: facta in veritate & equitate.

Redẽptionẽ misit dñs populo suo: mãdauit in eternum testamentum suum.

Sanctũ & terribile nomẽ ei⁹: initium sapientie timor dñi.

Intellect⁹ bonus omnib⁹ facientibus eũ: laudatio ei⁹ ma-

net i seculum scli. Gloria. ān.
Fidelia oia mandata eius: confirmata in seculum seculi. ps cxi.

Beatus vir q timet dñm: in mādat ei⁹ volet nimis
Potēs i terra erit semē eius. generatio rectoꝝ bñdicetur.
Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹: ⁊ iustitia ei⁹ manet i scl'm scli.
Exoꝝtū est i tenebꝛis lumen rectis misericoꝛs ⁊ miseratoꝛ ⁊ iustus.
Jocūd⁹ hō q miseret ⁊ cōmodat, disponit sermōes suos i iudicio: qꝛ i etnū non cōmouebit.
In mēoria eterna erit iust⁹: ab auditiōe mala nō timebit.
Paratū coꝛ ei⁹ sperare i dño, cōfirmatū ē coꝛ ei⁹: nō cōmouebit donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperib⁹ iustitia eius manet in scl'm scli: coꝛnu ei⁹ exaltabit in gloria.
Pctoꝛ videbit ⁊ irascet, dētibus suis fremet ⁊ tabescet: desiderium pctoꝝ pibit. Gl'ia. ā. Jn mādatis ei⁹ volet nimis. ps.cxij.

Laudate pueri dñm: laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum.
A solis oꝛtu vsqꝫ ad occasū: laudabile nomen domini.
Excelsus super oēs gētes dominus: ⁊ super celos gloria ei⁹.
Quis sicut dominus deus noster qui i altis habitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra.
Suscitās a terra inopē: et de stercoꝛe erigens pauperem.
Ut collocet eū cū pꝛincipib⁹: cū pꝛincipibus populi sui.
Qui habitare facit sterilē in domo: matrē filioꝝum letantē. Gloria pa. ān. Sit nomen dñi benedictū in secula. ps.cxiij.

In exitu isrl' de egypto: domꝰ iacob de pp'o barbaro
Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.
Mare vidit ⁊ fugit: iordanis conuersus est retroꝛsum.
Mōtes exultauerunt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: ⁊ tu iordanis quia conuersus es retroꝛsum.
Montes exultastis sicut arietes: ⁊ colles sicut agni ouium.
A facie domini mota ē terra: a facie dei iacob.
Qui cōuertit petrā in stagna aquarū: ⁊ rupē i fōtes aquaꝝ.
Non nobis dñe nō nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Sup mia tua ⁊ vitate tua: ne qñ dicāt gētes vbi est de⁹ eoꝝ.
Deus autē noster in celo: oia quecūqꝫ voluit fecit.
Simulachꝛa gētiū argentū ⁊ aurū: opera manuū hominū.
Os habent ⁊ nō loquētur: oculos habēt ⁊ non videbunt.
Aures habēt ⁊ non audient: nares habēt ⁊ nō odoꝛabunt.
Manꝰ habēt ⁊ nō palpabunt: pedes habēt ⁊ nō ambulabūt, non clamabunt in gutture suo
Similes illis fiāt qui faciunt ea: ⁊ oēs qui confidunt

Dom⁹ ilrael ſperauit in dño: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt.
Dom⁹ aaron ſperauit i dño: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt.
Qui timẽt dñz ſpauerẽt i dño: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt.
Dominus memoꝛ fuit noſtri: ⁊ benedixit nobis.
Benedixit domui ilrael: benedixit domui aaron.
Benedixit oib⁹ q̃ timẽt dñm: puſillis cum maioꝛibus.
Adiçiat dñs ſup vos: ſuper vos ⁊ ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celu.... ⁊ terram.
Celum celi domino: terrã autem dedit filijs hominum.
Nõ moꝛtui laudabũt te dñe: neq̃ oẽs q̃ deſcẽdũt in infernũ.
Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et vſq̃ in ſeculũ. Gloꝛia ãn. Nos qui viuim⁹ b fiducimus dño. Cpz.

2 Theſ 3. Dominꝰ autẽ dirigat coꝛda ⁊ coꝛpoꝛa nr̃a: i charitate dei ⁊ patiẽtia xp̃i. Hoc qz dz ad veſ. i oibus dñ. ⁊ feſ. a dñe ne i ira, vſq̃ ad. lxx. ⁊ a Deꝰ oim, vſq̃ ad aduẽ: dñi: qñcunq̃ de tpali agitur. Dz etiã i feſ. a. lxx. vſq̃ ad. xl. qñ de feſ. agit: ⁊ ſiſ leq. hyꝰ dz ad veſ. i oibus dñicis a dñe ne i ira, vſq̃ ad xl. Et a Deus oim, vſq̃ ad aduẽ. tã in dñicis diebus q̃ in feriis qñ de tempoꝛali agitur. Hymn⁹.

Celeꝛ creatoꝛ optime/ lucẽ dierũ pꝛeclarã: pmoꝛdijs lucis ꝑne/ mũdũ parãs oꝛiginẽ.

Qui mane iunctũ veſpeꝛi diẽ vocari ꝓcipis: tetrũ chaos illabit/ audi pꝛeces cũ fletibus.
Ne mẽs grauata crimine vite ſit exul munere: dũ nil pꝛẽne cogitat/ ſeſeq̃ culpis illigat.
Cloꝛũ pulſet intimũ: vitale tollat pꝛemiũ: vitemus omne noxiũ/ purgemus oẽ peſſimũ.
Pꝛeſta pater pijſſime: patriq̃ cõpar vnice: cũ ſpũ paclito/ regnans per omne ſeculũ. Amẽ.

Vſq̃ ad purificationẽ dicitur.

Gloꝛia tibi dñe/ q̃ natus es. ℣. Dirigatur dñe ad te oꝛatio mea. ℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo. Alle ℣. dz ad veſ. i omnib⁹ dñ: eis diebus ⁊ feſ. a Domine ne in ira. vſq̃ ad xl. Et a Deus oim. vſq̃ ad aduẽ. do. qñ de tpali agit. Feria. ij. ad veſ. ꝑ. cruũ

Oleꝛi qñ exaudiet dominus: voce oꝛationis mee.
Quia inclinauit aurẽ ſuã mihi: ⁊ i diebus meis inuocabo.
Circũdederũt me doloꝛes moꝛtis: ⁊ picula iferni inuenerũt me. Tribulationẽ ⁊ doloꝛẽ inueni: ⁊ nomen dñi inuocaui.
O domine libera aiam meã misericoꝛs dominus ⁊ iuſtus ⁊ deus noſter miſeretur.
Cuſtodiens paruulos dñs: humiliatus ſum ⁊ liberauit me.
Cõuertere aia mea in requiẽ tuã: qz dominus benefecit tibi.
Quia eripuit aiam meã de moꝛte/ oculos meos a lachry-

mis:pedes meos a lapsu.
Placebo dño i regiõe viuoꝝ.
Gloria. ãn. Inclinauit dñs aurẽ suam michi. Psalmus. cxv.
Credidi ꝓpter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo:omnis homo mendax.
Quid retribuam dño:pro omnibus que retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Vota mea dño reddã coꝝã oĩ populo eius:pciosa in cõspectu dñi moꝛs sanctoꝝm eius.
O dñe qꝛ ego seruus tuus: ego seruus tuus ⁊ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea/ tibi sacrificabo hostiam laudis:⁊ nomen domini inuocabo.
Vota mea dño reddã in conspectu oĩs populi eius:i atriis domus dñi in medio tui hierusalem. Gloria. ãn Credidi ꝓpter quod locutus sum. ps. cxv.
Laudate dñm oẽs gẽtes: laudate eũ oẽs populi.
Quõm confirmata est sup nos mia eius: ⁊ veritas domini manet in eternũ. Gloria. ãn. Laudate dñm omnes gẽtes. ps. cxx.
Ad dñm cum tribularer clamaui:⁊ exaudiuit me
Domine libera aiam meã a labijs iniqs:⁊ a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad linguã dolosam.
Sagitte potẽtis acute cũ carbonibus desolatoꝝijs.
Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓlõgatus est/ habitaui cũ habitãtibus cedar: multũ icola fuit aia mea.
Cũ his qui oderunt pacẽ eram pacificus:cũ loquebar illis impugnabãt me gratis. Gloria. ãn. Clamaui ⁊ exaudiuit me. ps. cxx.
Leuaui oculos meos i mõtes vñde veniet auxiliũ mihi
Auxilium meum a domino:qui fecit celum et terram.
Non det i cõmoti onẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet:qui custodit israel.
Dñs custodit te dñs protectio tua:super manũ dexterã tuam
Per diem sol nõ vret te:neqꝫ luna per noctem.
Dñs custodit te ab omni malo:custodiat aiam tuã dominus.
Dñs custodiat itroitũ tuũ et exitũ tuũ:ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ i seculũ. Gloria. ãn. Auxiliũ meũ a dño. cp. Dñs aũt diri. ⁊ Dñe ne i ira. vsqꝫ ad. vi. qñ dc. iij. fe. agẽ: tũc ad vel. feꝛ. ij. dꝛ sequẽs. hymne.
Hymne celi ꝛditoꝛ/ q̃ mixta ne ꝛfunderẽt:aq fluenta diuidẽs/ celũ dedisti limitẽ.
Firmãs locũ celestib⁹ simulq terre riuulis: vt vnda flãmas tẽperet terre solũ ne dissipent.
Infunde nũc pyssime/ donum pcrẽnis gẽe:fraudis noue ne cãlibus/ nos erroꝛ atterat vetus.
Lucẽ fides lueniat/ sic lumis iubar ferat:hec vana cũcta terreat/ hãc falsa nulla ꝓmãt.
Vita pater ⁊ dirigatur

minc. Lucē crea tor. ℣. Dirigatur dñe. ℟. Magnificet te semper anima mea deus meus. ℣. Ant. Preces vrē oēo vt decet. Mēo. de. l. ma. ꝛc. nemo. vtē. ad matut. in ij ℟.

℣. Feria. iij ad vesp̄as. ℣. cxxj.

LEtatus sum in his q̄ dicta sunt michi: in domū dñi ibimus.

STantes erant pedes nr̄i: i atriis tuis hierusalē.

HIerusalē q̄ edificat vt cimtas: cui⁹ ptic̄patio ei⁹ i idipm.

ILluc enim ascenderūt trib⁹ trib⁹ domini: testimoniū israel ad confitendū nomini domini.

QUia illic sederunt sedes in iudicio: sedes sup̄ domū dauid.

ROgate q̄ ad pacē sunt hierusalē: ⁊ abūdātia diligentib⁹ te.

FIat pax i virtute tua: ⁊ abūdātia in turribus tuis.

PRopter fratres meos ⁊ p̄ximos meos: loq̄bar pacē de te.

PRopter domū dñi dei nr̄i: q̄sui bona tibi. Glia. ℣. In domū dñi letātes ibim⁹. ℣. ps. cxxij.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

ECce sicut oculi seruorum: in manibus dominorū suorum.

SIcut oculi ancille i manib⁹ dñe sue/ ita oculi nr̄i ad dñm deū nostrū: donec misereat nostri.

MIserere nostri domine miserere nostri: quia multū repleti sumus despectione.

QUia multū repleta est aīa nostra opp̄obrium abundanti bus ⁊ despectio superbis.

GLoria pa. ℣. Qui habitas i celis/ miserere nobis. ps. cxxij.

NIsi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dñs erat in nobis.

CUm exurgerēt hoies i nos: forte vivos deglutissent nos.

CUm irascerē furor eor̄ i nos forsitā aqua absorbuisset nos.

TOrrentē pertrāsiuit anima nostra/ forsitā pertransisset aīa nostra aquā intolerabilem.

BEnedictus dñs q̄ non dedit nos: in captionē dētibus eor̄.

ANima nr̄a sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

LAqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus.

ADiutoriū nr̄m in noīe dñi: q̄ fecit celū ⁊ terrā. Glia. ℣. Adiutoriū nr̄m in noīe dñi. ℣. ps. cxxij.

QUi confidūt i dño sicut mōs sion: nō cōmouebit in eternū q̄ habitat i hierusalē

MOntes in circuitu eius: ⁊ dominus i circuitu p̄pli sui: ex hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculum.

QUia non relinquet dñs virgam peccatorum super sortem iustorum: vt nō extēdant iusti ad iniquitatem manus suas.

BEne fac dñe bōis ⁊ rectis corde

DEclinantes autem in obligationes adducet dñs cū operātib⁹ iniquitatē: pax sup̄ israel Glia. ℣. Bene fac domine bonis et rectis corde. ℣. Psalmus cxxv.

IN conuertendo dñs captiuitatem sion: facti sum⁹

ſicut conſolati.

Tunc repletū eſt gaudio os noſtrum:& lingua noſtra exultatione.

Tūc dicēt inter gētes:magnificauit dñs facere cum eis.

Magnificauit dominꝰ facere nobiſcū:facti ſumus letantes.

Conuertere dñe captiuitatem noſtrā: ſicut torrens i auſtro.

Qui ſeminat in lachrymis: i exultatione metent

Euntes ibant et flebant:mittentes ſemina ſua.

Venientesautē veniēt cū exultatione: portantes manipulos ſuos. Glia. ān. Facti ſumꝰ ſicut conſolati. Ipm. Dñs autē dirigat. Dñe ne in ira. vſq; ad quadragelimam. Hymnꝰ.

TElluris ingēs conditor/ mundi ſolū qui eruens: pulſis aque moleſtijs/terrā dediſti immobilem.

Vt germē aptū pferens:fulgoribus decora floribꝰ/fecūda fructu ſisteret/paſtūq; gratū redderet.

Mētis peruſte vulnera/mūda virorū gēa: vt facta fletu diluat:motuſq; prauos atterat.

Juſſis tuis obtemperet/nullis malis approximet:bonis repleri gaudeat/& mortis tactum neſciat. Pra pr. ō. Dirigatur dñe. Per eſtatē hyꝰ. Lucis creator. ō. Dirigatur. ān. Exultauit ſpiritus meus in domino deo ſalutari meo. Cāti. Magnificat. Preces ēt. vts. Dño vt decet. Feria.iiij.ad veſ. ps. exlvij.

NIſi dñs edificauerit domū: in vanū laborauerunt qui edificant eam.

Nisi dñs cuſtodierit ciuitatē fruſtra vigilat qui cuſtodit eā.

Vanū eſt vobis ante lucē ſurgere/ſurgite poſtq̄ ſederitis: q̄ manducatis panē doloris.

Cū dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas dñi filij: merces fructus ventris.

Sicut ſagitte in manu potētis:ita filij excuſſorum.

Beatus vir q̄ impleuit deſideriū ſuū ex ipſis.nō cōfundetur cū loquet inimicis ſuis i porta Gloria. ān. Beatusvir qui impleuit deſiderium ſuum. ps. cxxvij.

BEati omnes q̄ timēt dñm q̄ ambulant in vijs eius Labores manuū tuarum q̄ māducabis:btūſes& bñ tibi erit Uxor tua ſicutvitis abūdās: in lateribus domus tue.

Filij tui ſicut nouelle oliuarum:in circuitu menſe tue.

Ecce ſic benedicet homo qui timet dominum.

Benedicat tibi dominꝰ ex ſiō/ & videas bona hieruſalē:oibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorū tuorū: pacē ſuper iſrael. ān. Beati oēs qui timent dominum. ps. cxxvij

SEpe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc iſrael.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea:etei nō potuerūt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dñs iustus cõcidet ceruices pcõr: cõfundãtur & cõuertant retrorsum oẽs q̃ oderunt sion.

Fiãt sicut fenũ tectorum: qđ priusq̃ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manũ suam qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteribãt/benedictio domini super vos: benedicimus vobis in nomine domini. ãn. Benedicamus vobis i nomine domini. p̃. cxxix.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes in vocẽ deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris domine: domie quis sustinebit: Quia apud te ppiciatio est: & ppter legẽ tuã sustinui te dñe.

Sustinuit aia mea i ũbo ei9: sperauit anima mea i domino.

A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret israel in domino.

Quia apud dominũ mia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex oĩb9 iniquitatib9 ei9. ãn. De profundis clamaui ad te dñe. p̃s. cxxx.

Domie nõ ẽ exaltatũ cor meũ: neq; elati sunt oculi mei. Neq; ãbulaui i magnis: neq; i mirabilib9 sup me. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactat9 est sup matrẽ suã: ita retributio in aia mea.

Speret israel in dño: ex hoc nũc & vsq; i sclm. ã. Speret israel in dño. c̃ & s. Dñs aũt dirigat. ℣ Dñe ne in ira. vsq; ad. xl. Hyp9.

O Deli deus sanctissime/ q̃ lucidum centrũ poli candore pingis igneo/ augens decoro lumine.

Quarto die q̃ flãmeã solis rotam cõstituẽs: lune ministrãs ordini/ vagos recursus siderũ.

Ut noctibus vel lumini/ diei discretionis terminũ: primordijs et mẽsiũ: signũ daret notissimũ.

Illumina cor hoim/ absterge sordes mẽtiũ: resolue culpe vinculũ/ euerte moles criminum.

Ista p̃. ỹ. Dirigat. Per eãtẽ hyp9. Lucis creator. ỹ. Dirigat. ã. Respexisti humilitatẽ meã dñe deus meus. ã. Magt. Protes. vtã. Fer. v. ad vel. ps. cxxxj.

Memẽto dñe dauid: & oĩs mãsuetudis ei9.

Sicut iurauit dño votũ vouit deo iacob

Si introiero in tabernaculũ domus mee: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnũ oculis meis & palpebris meis dormitationẽ

Et requiẽ temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eam in effrata inuenimus eã i cãpis silue.

Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco vbi

steterunt pedes eius.
Surge dñe in requiē tuā: tu ⁊ arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induātur iustitiam: ⁊ sancti tui exultent.
Propter dauid seruū tuum: non auertas faciē christi tui.
Iurauit dñs dauid veritatē ⁊ nō frustrabit eū: de fructu ventris tui ponā super sedē tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorū vsq; in seculū: sedebunt super sedem tuam.
Quoniā elegit dñs sion: elegit eam in habitationē sibi.
Hec requies mea i seculū seculi hic habitabo qm̄ elegi eam.
Viduā eius bñdicēs bñdicā: pauperes eius saturabo panib⁹.
Sacerdotes eius induā salutari: ⁊ sancti eius exultatiōe exultabūt.
Illuc p̄ducā cornu dauid paraui lucernā christo meo.
Inimicos eius induā confusione: sup ipm autē efflorebit sanctificatio mea. Gloria. ān. Et ois mālueturdis eius. ℣. exxxij.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū: habitare fratres i vnū.
Sicut vnguētū in capite: qđ descēdit i barbā barbā aaron.
Quod descēdit in oraīmēti eius: sicut ros hermon q̄ descendit in montem sion.
Qm̄ illic mādauit dñs bñdictionē: ⁊ vitā vsq; i sclz. Gloria. ān. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundum. Nō dicit ad vesp. ille ℣. exxxiij.

Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui dñi.
Qui statis in domo domini: i in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras i sctā: ⁊ bñdicite dñm.
Bñdicat te dominus ex sion: q̄ fecit celū ⁊ terrā ℣. exxxiij.
Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: i atrijs domus dei nostri.
Laudate dñm qm̄ bonus dñs: psallite noī eius qm̄ suaue.
Qm̄ iacob elegit sibi dñs: israel in possessionem sibi.
Q̄z ego cognoui q̄ magn⁹ est dñs: ⁊ de⁹ nr̄ p̄ omnibus dijs.
Omnia quecūq; voluit dominus fecit: in celo ⁊ in terra/in mari ⁊ in omnibus abyssis.
Et ducens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit
Qui p̄ducit ventos de thesauris suis: q̄ percussit p̄mogenita egypti: ab hoiebusq; ad pec⁹.
Et misit signa ⁊ p̄digia i medio tui egypte: in pharaonē et in omnes seruos eius.
Qui percussit gētes multas: ⁊ occidit reges fortes.
Seō regē amorreoꝝ ⁊ og regē basan: ⁊ oia regna chanaan.
Et dedit terrā eoꝝ hereditatē hereditatē israel populo suo.
Domine nomen tuum i eternum: domine memoriale tuum in generatione ⁊ generationē.
Q̄z iudicabit dñs populū suum: ⁊ in seruis suis deprecabit.

Simulachra gentiū argētū ⁊ aurū: opera manuū hominum.
Os habent ⁊ non loquentur: oculos habent ⁊ nō videbunt.
Aures habēt ⁊ non audient: neq; eīm est spūs in ore ipsoꝝ.
Similes illis fiant qui faciūt ea: ⁊ oēs q̄ confidunt in eis.
Domus israel bñdicite dñm: domus aaron benedicite dñm.
Domus leui bñdicite dñm: q̄ timetis dñm benedicite dñm.
Bñdict⁹ dñs ex sion: qui habitat in hierlm. Glia. ān. Omnia q̄cūq; voluit dñs fecit. ℣. cxxxiv.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ i ēternū mia eius
Confitemini deo deorum.
Cōfitemini dño dnoꝝ nostrū.
Qui fecit mirabilia mag̃ sol⁹
Qui fecit celos in intellectu
Qui firmauit trā sup aquas
Qui fecit luminaria magna
Solem in potestatem diei.
Lunā ⁊ stellas i ptātē noctis
Qui percussit egyptum: cū primogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorum.
In manu potenti: et brachio excelso.
Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones.
Et eduxit israel p mediū ei⁹.
Et excussit pharaonem: ⁊ virtutem eius in mari rubro.
Qui traduxit populum suū: per desertum.
Qui percussit reges magnos
Et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorum.
Et og regem basan.
Et dedit terrā eoꝝ hereditatē
Hereditatē israel seruo suo.
Q̄ in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nostris.
Qui dat escam omni carni.
Confitemini deo celi.
Cōfitemini dño dnoꝝ: qm̄ in ēternū misericordia ei⁹. Glia ān. Qm̄ in ēternū mia ei⁹. ℣. cxxxvi.

Super flumia babylonis illic sedimus et fleuim⁹: dum recordaremur tui sion.
In salicibus in medio ei⁹: suspendimus organa nostra.
Q̄ illic interrogauerūt nos: qui captiuos duxerūt nos verba cantionum.
Et q̄ abduxerunt nos: hymnū cantate nobis de canticis sīō.
Quomodo cantabimus canticū domini: in terra aliena?
Si oblit⁹ fuero tui hierusalē: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si nō meminero tui.
Si nō ꝓposuero hierusalem: in principio letitie mee.
Memor esto domine filioꝝ edom: in die hierusalem.
Qui dicūt exinanite exinanite: vsq; ad fundamentū in ea.
Filia babylōis misera: btūs qui retribuet tibi retributionē tuam quā retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: ⁊ allidet paruulos suos ad petram.

Glia. ān. Hymnū cātate nobis de cāticis nō. cp. Dñs aūt dirig. ℟. Dñe ne i ira. vsq; ad.xl.hy⁹.

MAgne deꝰ potētie/q̄ ex aq̄s oztū genꝰ parti remittis gurgiti/parti leuas i aera. Dimersa lymphis imprimēs subuecta celis irrigās:vt stirpe vna pdita/diuersa rapiāt loca Largire cūctis seruulis/quos mūdat vnda sanguinis:nel cire lapsus criminū/nec ferre moztis tedium.

Ut culpa nullum deprimāt/ nullū leuet iactātia:elisa mēs ne pcidat/elata mēs ne cozruat Dzesta pē. ℣. Dirigat̄ do. Per eſtatē.hy⁹ Lucis creatoz. ℣. Dirigat̄ do. ān. Deposuit potētes sā tos persequētes:et exaltauit hūiles xp̄m cōfitētes. Cāt. Magt. Pzeces ꝑ. vtā. Et mēo. feꝛ. vt in seda feria ad matuti. patet.

℣. feꝛ. vj. ad vespe. ps. cxxxviij

COnfiteboz tibi dñe in toto coꝛde meo: quoniā audisti verba oꝛis mei.

In cōspectu angelozum psallaz tibi:adoꝛabo ad templum sanctum tuum et cōfiteboꝛ nomini tuo.

Super misericoꝛdia tua ⁊ veritate tua:qm̄ magnificasti super omne nomen sanctum tuū

In quacūq; die iuocauero te exaudi me:multiplicabis i anima mea virtutem.

Confiteātur tibi dñe omnes reges terre:quia audierūt oia verba oꝛis tui.

Et cāteṅt in vijs dñi:qm̄ magna est gloꝛia domini.

Q. m̄ excelsus dñs ⁊ hūilia respicit:⁊ alta a longe cognoscit

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me:⁊ super iram inimicoꝝ meoꝝ extēdisti manum tuam: et saluum me fecit dextera tua.

Dñs retribuet pꝛo me domie mia tua i seculū:opera manuū tuarum ne despicias. Gloꝛia. ān. In cōspectu angeloꝝ psallam tibi deus meꝰ. Psalmꝰ.cxxxviij

DOmine pbasti me ⁊ cognouisti me:tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam.

Intellexisti cogitatōes meas de longe:semitam meam et funiculum meum inuestigasti.

Et oēs vias meas pꝛeuidisti: qꝛ nō est sermo in lingua mea.

Ecce dñe tu cognouisti oia nouissima ⁊ antiqua:tu foꝛmasti me⁊ posuisti sup me manū tuā

Mirabilis facta ē sciētia tua ex me:confoꝛtata est et nō potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo:⁊ quo a facie tua fugiam?

In vnitate sci ſpūs: bñdicat nos pater ⁊ filius. ¶ Dicet et in festo corpozis xp̄i: ⁊ in octa. eiusdem: ⁊ in exaltatione sctē crucis: ⁊ in dedica. ecclie: et in bñcis ikm octa. ⁊ i ort. eiusdē.

¶ Quando vero fient .iij. lect. de tēpozali cū expositione euāgelij tunc sit ista bñdictio. iij.

In vnitate sancti spirit⁹ ⁊c̄.

¶ A fes. āo sctē trinit. vsq; ad aduē. do. dñicis dieb⁹ quādo de do. agit: sit ista nona bñdictio.

In charitate perfecta: cōfirmet nos trinitas sancta.

¶ In oīb⁹ festis p̄ annū extra tps̄ pasche: ⁊ q̄n expositio non habet/ dicāt ille bñdictiōes tres

Deus misereatur nostri: et det nobis pacem.

Virtus christi: habitet in cozdibus nostris.

De celo missus: doceat nos spiritus almus. ¶ In fes. omniū sanctorum dicūtur bñdictiōes prout in eodē festo ante le. eiusdem sunt notate. ¶ In fest. ⁊ in q̄mēo. beate marie dicant ille bñdic. ¶ In .i. noct.

Alma virgo virginum: intercedat pro nobis ad dominm.

Christus marie filius: sit nobis clemens ⁊ propitius.

Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix.

¶ Tres predicte benedictiōes in cōmēo. beate marie nō variant p̄ totū annū. ¶ In .ij. noc.

Sancte marie merita: nos ducant ad regna celestia.

Que peperit christum: pro nobis postulet ipsum.

Stella maria maris: succurre pijssima nobis. ¶ In .z. noc.

Per marie merita: prosit nobis lectio euangelica.

Diuina solatia: nobis impetret virgo maria.

Ad societātē ciuiū supnozū: perducat nos regina celozum.

¶ Item alie benedictiones de sancta maria infra octauas.

Pura/ pudica/ pia: miseris miserere maria.

Virgo parens natum: fac nobis propitiatum.

Vos pcibus matris: saluet sapiētia patris. ¶ Secunda die.

Virgo deo digna: precantib⁹

esto benigna.

Intercede pia: p nob ꝰ ḡo maria. Que peperit fiozē: det nobis fiozis odozē. ¶ Feria die.

Conserua famulos virgo maria tuos.

Sancte marie pzecibus: benedicat nos pater ⁊ filius.

Filius virginis marie: det nobis gaudia vite. Amen.

¶ In quotidianis matutinis vite marie dicāt he bñdictiões.

Alma virgo virginū intercede pzo nobis ad dominum.

Intercede pia: pzo nobis ḡo maria.

Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix. Amen.

Pzincipale duplex. Nota.

¶ Festum diuidit i festū duplex: ⁊ i festū simplex. ¶ Festum duplex diuidit. In pzincipale duplex. In maꝰ duplex. In minus duplex. In inferiꝰ duplex. ¶ Pzincipale duplex est: scz dies natalis dñi: dies epiphanie dies pasche: dies ascēsionis: dies pentecostes: dies assumptiõis: festū loci: festū dedicatiõis. ¶ Et nota q si pzincipale duplex i vna die euenerit ⁊ i die sequēti maius duplex de quo fieri debeat seruitium vel econuerso: tūc vltimū festum habebit vtraq; vesperas: nisi in pzimo sab. aduētus dñi: in sab. passiõis: in sabbato ramispalmaꝝ: vel in. 4. fer. ante pascha euenerit. Iste ꝓdicte dñice: ⁊ cena dñi semper habebunt suas pzimas vesp. de quocūq; fiat serui. in die pzecedēti: ⁊ tātū solēnis memoria de festis in his diebus cōtingētibus. ¶ Et nota q in his festis: scz pzincipalibus ⁊ maiozibus. 7. 8. ⁊ 9. lectiones in cappis sericis legantur: tamē i die oim sanctoꝝ. iij. pzime lec. in cappis sericis legantur. Etiam in his festis thurificanda sunt altaria per ecclesiam: scz i singulis noctur. scz ad. 2. 5. ⁊ 8. lectio. Thurificetur altare pzincipale ab aliquo sacerdote in cappa serica: chozꝰ quoq; ab vno solo puero incensetur: sed in tempoze paschali nō incensetur altare/neq; chozus ad lec. ¶ Maiꝰ duplex est: scilicet dies purificationis: festum sancte trinitatis: festum corpozis christi: festum visitationis: festum reliquiarum: festum nominis Jesu: festum natiuitatis beate Marie: festum omniū sanctoꝝ. ¶ Et nota q si maius duplex in vna die euenerit ⁊ minus dup. in die sequenti/vel ecōuerso: maius habebit vtraq; vesp. nisi impediat vtē. Etiā si minus dupl. vel inferiꝰ duplex inter duo maioza duplicia eueñ. tunc minus duplex vel inferius dup. carebit vtriq; vesp. ¶ Minus duplex est festū sancti stephani: festum sancti ioānis apli: festū sanctoꝝ innocētiū: festū sancti thome marty. dies circūcisiõis: festū annūciationis beate marie: fe. 2. 3. 4. hebdomadarū pasche ⁊ pēte. dñica in octa. pasc. inuentio sancte crucis: na

Maius duplex

Minus duplex

tinitas sancti ioānis baptiste: festum apostolorū petri ⁊ pauli: trāslatio sancti thome: trāsfiguratio ⁊ exaltatio sancte crucis: cōceptio beate marie. ¶ Et nota q̄ si minꝰ dupl'. in vna die eue. ⁊ in die sequē. inferiꝰ dupl'. vel ecōuerso: vltimum festum habebit vtraslꝫ vel. nisi impediatur vtꝫ. ¶ Inferiꝰ dupl'. est: cꝫ festū sancti andree: thome apostoli. mathie apostoli: gregorij [illegible] doctoris: ambrosij episcopi ⁊ doctoris: georgij mart'. marci euangeliste: apostolorum philippi ⁊ iacobi: augustini anglorum apostoli: iacobi apostoli: bartholomei apostoli: augustini episcopi ⁊ doctoris: mathei apostoli: michaelis archangeli: hieronymi pb̄ri ⁊ doct. trāsla. sancti edwardi: luce euangeliste: apostolorū simonis ⁊ iude. Festū sancti georgij scd̄m cōstitutio. puin. est maiꝰ dupl'. Et consulo vt ita seruetur licet cōsuetudo hoc nō habeat. ¶ Et nota q̄ memo. de dupl'. festis semper erunt solē. ¶ Festū simplex diuiditur in Inuitatorium triplex. ¶ Inuitatorium duplex. ¶ Inuitatorium simplex. ¶ Inuitato. triplex vel de sanctis vel de octa. ¶ De sanctis sunt scīꝫ festum sancti nicolai: conuersio pauli: cathedra petri: ioānis ante portā latinā: translatio sancti edmundi: barnabe apostoli: cōme. scti pauli: marie magdalene: anne matris marie: ad vincula sancti petri: scī laurentij: decollatio sancti ioannis baptiste: michaelis in monte tumba: martini episcopi ⁊ confessoris: edmundi archiepiscopi. ¶ Et nota q̄ si in aliquo sab. ℣ Dñe ne ira. vsq ad passionē: vel ab octa. pasc. vsq ad aduētum dñi: vel a secūda dñica aduētꝰ dñi vsq ad festū natiuitatis aliquod festū simplex. ix. vel triū lec. cum regimine chori euenerit: vel. in sabbato erunt de do. ⁊ memo. de festo: nisi tale festū fuerit quod in. 6. feria p̄cedē. suas p̄imas vesperas habere non poterit: ⁊ nisi octa. epi. vel alie octa. cū regimine chori in sabbato contigerint. Etiā si duplex festū in sabba. contige. ⁊ festū simplex. ix. vel triū lec. cū regimine cho. in. 2. fer̄. sequenti: ⁊ aliud festū dupl'. in. iij. fer̄. p̄ima sequēte: tunc in dñica vesp̄re erunt de festo. ix. vel. iij. lec. cū regimine chori: et sic dñica carebit vtrisqꝫ vespe. Et sic nota q̄ oēs sunt dñice ⁊ nō alia fes. q̄ omnino carēt vtrisqꝫ vel. nisi quando festum simplex. ix. vel. iij. lec. cū regimi. chori inter duo festa duplicia euenerit. ¶ Et nota q̄ mēo. de istis fes. simplicibus inuita. iij. habētibꝰ in p̄incipalibus ⁊ maioribus festis erunt sub silētio: etiā in minoribus ad p̄imas vel. sed ad. 2. vel. in minoribꝰ ⁊ i inferioribus ad vtrasqꝫ vel. erunt solēnes. ¶ De octa. vel qñ dies infra octa. sunt cū regimine chori: vel quādo dies octa. tantū est cum regimine chori.

Inferiꝰ duplex

Nota.

Festū simplex diuidit

De sanctis,

Nota.

Nota,

De oct.

Qñ di= ¶ Quãndo dies infra octa. sunt cũ regimine choꝛi: vt sunt iste es ifra octa. scꝫ epiphanie: ascensiõ. coꝛpꝰ chꝛisti: visitationis: nomis ocť. sũt ihesu: assumptionis: natiuitatis marie: dedicationis ecclesie si cũ reg. extra aduentũ ℣. lxx. euenerit et festum loci si habet octa. ¶ Et t, Nota nota qꝫ iste octa. semper habebunt secundas vel. ℣ tñ memo. de festo: de dñica vel de cõme. in crastino contingẽ. nisi dupl'. festũ in octa. vel in crastino octa. foꝛte contigerit: vel tale festum. ix. vel trium lc. cum regimine choꝛi. si infra tempus pasche euenerit quod suas. 2. vel. habere nõ poterit: tunc vel. erunt de festo: ℣ solẽnis mẽo. de octa. Do. tamen in hoc casu vtrisqꝫ carebit vesp. vt talis octa. dies vtrasqꝫ habeat. In ipsa tamen octa. die: de fes. trium lec. fient medie lec. si ꝓꝓrie habeantur. In do. vero infra Nota. octa. nunqꝫ fient: quando de octa. sit seruꝰ. ¶ Et nota qꝫ mẽo. de Qñ di= istis octa. semper erunt solẽ. de quocũqꝫ fit seruꝰ. ¶ Quando tñ es tñ ẽ dies octa. est cum regi. cho. vt sunt octa. scꝫ apostoloꝛum petri et cũ rc, c. pauli: nisi festum loci fuerit dedicationis ecclesie si infra aduẽ. vel. lxx. euenerit. ¶ Et nota qꝫ memo. de istis octa. in ꝓncipalibus ℣ maioꝛibus festis ad vtrasqꝫ vel. erunt sub silentio etiam in minoꝛibus ad. 1. vel. sed ad. 2. vel. in minoꝛibus ℣ in inferioꝛi Inuit. bus ad vtrasqꝫ vel. erunt solẽnes. ¶ Inuita. duplex vel cum re cũ rc. c. gimine choꝛi vel sine regimine choꝛi. ¶ Cum regimine choꝛi vl' De scis de sanctis: vel de diebus infra octa. cũ regimi. choꝛi: vel de cõme. Nota. vel de dñicis. ¶ De sanctis nota qꝫ hoc generaliter per totũ annum obseruetur qꝫ quodlibet festũ. ix. vel. iij. lect. cum regimine choꝛi ad minus habeat vnas vel. nisi quãdo inter duo festa euenerit: habebit etiã. 2. vesp. nisi impediatur per aliud festum cum regimine cho. per do. vel per cõme. Et si non poterit habere. 2. vel. habeat tamẽ mẽo. nisi ad. 1. vel. in die circũcisionis: qꝛ ibi nõ fiat aliqua mẽo. de. l. silue. Et mẽo. de istis festis fiãt vt supꝛa de De dic= festis inuita. ℣. habentibus. ¶ De diebus infra octa. cum regi. bꝰ ifra choꝛi: nota. Quodcũqꝫ festũ. ix. vel triũ lec. cum regi. cho. infra octa. cũ octa. ante. 7. diẽ euene. totũ seruꝰ. erit de fes. ℣ habebit vtrasqꝫ rc. cho. vel. etiã in sab. ℣ in dñica: ℣ solẽnis memo. de octa. ad vtrasqꝫ vel. Nota. ad matu. ℣ ad missam. ¶ Et nota qꝫ memo. de istis octa. semper erunt solẽnes de quocũqꝫ fit seruꝰ. licet festũ loci: vel festũ dedica De cõ= tionis infra octa euc. ¶ De cõme. nota qꝫ si fiat seruꝰ. de aliqua mẽoꝛa= cõme. in crastino alicuius sancti. ix. vel. iij. lec. cum regi. cho. vel tiõibꝰ. alicuius do. vespere erunt de cõme. ℣ tantũ memo. de fes. vel de Nota. do. nisi tale festũ: vel do. fuerit quod suas. 1. vel. habere nõ poterit: tunc fiet tantũ mẽo. de cõme. Sciẽdum est etiam qꝫ singulis

hebdo.per aduen.nisi in.3.hebdo.Similiter ab octa.epi.vsq; ad 4.fer̃.in capite ieiunij:z a do.in albis vsq; ad festũ penteco.et a festo trinitatis vsq; ad aduen.dñi fiat serui.de cõmemo.si tot dies vacauerint in quibus cõmemo.possunt fieri:z si tantũ due fer̃.vacauerint fiat serui.de fest.loci:z de cõmemoza.beate marie:si autẽ tantũ vna feria vacauerit.tunc fiat de cõmemoratiõe beate marie.Impeditur autẽ serui.de cõmemo.per fest.ix.z.3. lec.cum regi.cho.per octa.cũ regi.per.2.z.4.fer̃.rogationum: per ppria Reia et propias lauð.sanctoz per ieiunia.4.tpm:p vigi.sanctoz quãuis de tẽpozali fuerit:z fiat serui.de sancta maria in sab.nisi impediat vtš.Cũ autẽ in sab.propter p̃dicta impedimenta plenũ serui.de beata maria fieri non poterit:tunc in aliqua alia fer̃.ipsius hebdo.vbi conuenientius possit celebzari celebzetur.Regula.xj.miliũ virginum patet in die earundem.

¶ Etiam nota q; si aliquod festum cũ regimine chozi in aliqua hebdo.celebzetur:z in crastino plenũ seruitiũ de sancta maria fieri debeat:tunc in ipso festo fiant vespe de sta maria: nisi duplex festũ fuerit:vel festũ cum regimine chozi:vnde suas.1.vel. habere non poterit:et nisi in octa.cum regimine chozi:tunc eñ fiat memoria de sancta maria solenniter:z semper cum hac ãn. Sub tuam protectionem.Per aduentum vero cum hoc ỹ. Egredietur virga.Oratio.Deus qui de beate.Ab octa.epi.vsq; ad purifica.cum hoc ỹ.Sancta dei genitrix.Oratio.Deus qui salutis. In alio tempoze anni ỹ.Sancta dei.Oratio.Concede nos. In cõmemo.nulla fiat memoria de cruce: nec de omnibus sanctis. sed de festo:vel octa.sine regimine chozi si contigerit.Tamen p aduentum fiat memoria de aduentu:sed non de omnibus sanctis.In tempoze paschali mẽoria.de resurrectione:sed non de cruce:nec de omnibus sanctis. Nota

¶ Sciendũ est etiã q; nulla commemoratio habebit.2.vespe.nec memo.in loco.2.vesperarum. Nota

¶ Etiam nota q; in festis beate marie et in octa.eiusdem nulla fiat memo.de cõmemoza.eiusdem in crastino contingenti.similiter fiat de alijs cõmemoza. Nota.

¶ Et nota q; memorie de 2memo. semper erunt solennes. Nota.

¶ Notandũ est etiã q; ad missas de commemoratio.infra.lxx.dicitur sequentia et non tractus. Et quãdo sequẽtia vel tractus immediate sequitur gradale:tunc nõ repetatur gradale.Etiã in tpe pas.ad matu.de cõmemoza.dicitur vna sola ãn.super tres primos pos.licet tres ppzie ãe habeant. Nota.

¶ De dñicis vel priuilegiatis vel non. ¶ De dñicis vel principaliter priuilegiatis:vel magis priuilegiatis vel min9 priuile- De dñicis pri-

cipalit̃ pull.

giatis vel inferius pꝛiuilegiatis. De pꝛincipaliter pꝛiuilegiatis nota q̃ dominice pꝛincipaliter pꝛiuilegiate ſunt. Dominica pꝛima aduentus dnmini. Dominica paſſionis et Dñica in ramiſ palmarum. ¶ Quodcunq; feſtum licet pꝛincipale duplex fuerit in his dñicis euenerit: feſtū debet differri in craſtinū/vel vlteriꝰ ſi neceſſe fuerit: et iſte dominice ſemper habebūt. i. veſ. ſed. 2. de ſpere poſſunt eſſe de feſto duplici infra paſſionem: vel de feſto ſimplici. ix. lec. vel de cōmemoꝛatio. infra aduentum. Et memo. de iſtis dñicis ſemper erunt ſolennes. ¶ De magis pꝛiuilegiatis nota q̃ dominice magis pꝛiuilegiate ſunt. Dñica ſecunda/ tertia ⁊ quarta aduentus domini: ⁊ oēs dominice a. lxx. vſq; ad dñicam paſſionis. Iſte dñice ſunt ſic pꝛiuilegiate: q̃ ſi minꝰ duplex vel inferius duplex in his dñicis euene. feſtū debet differri: ſed ſi pꝛincipale duplex vel maius duplex in his dñicis euene. ſeruitiū eſt de feſto: ⁊ hiſtoꝛia cantetur in tertia feria p̄ hebdo. ¶ Etiam nota q̃ quodcūq; feſtū in. xl. celebꝛandū cōtigerit: nihil de ꝑple. xl. mutandū eſt: niſi q̃ in feſto ānunciationis dicitur in fine hy. Gloꝛia tibi domine. ſi extra paſſionem euenerit. Et memoꝛie de iſtis dominicis ſemper erunt ſolennes. ¶ De minus pꝛiuilegiatis nota: q̃ dominice minus pꝛiuilegiate ſunt ille dominice in quibus inchoande ſunt hiſto. ſcz pꝛima dominica in qua inchoāda eſt hiſto. Domine ne in ira. que dominica eſt ſic pꝛiuilegiata: q̃ ſi feſtum ſimplex. ix. lec. in illa do. euenerit: et tempus bꝛeue fuerit ſcilicet continens vnam dominicā tantū infra octā. epi. ⁊. lxx feſtum. ix. lectio. debet differri. Tamen ſi tempus pꝛolixum fuerit inter dominicam in qua inchoanda eſt hiſto. ⁊. lxx. feſtum. ix. lec. in eadem dominica in qua contigerit celebꝛetur. Dominica etiam minus pꝛiuilegiata eſt dominica pꝛoꝛima ante aſcenſio. dñi: de qua poſtea. Similiter oēs iſte dominice ſunt minꝰ pꝛiuilegiate: ſcz a Deus omnium. vſq; ad aduentum domini: in quibus inchoāde ſunt hiſto. Quod ſi feſtū ſimplex. ix. lec. in ipſis dñicis euene. feſtum debet differri in craſtinum: niſi ad vincula ſancti petri: vel decollatio ſancti ioannis baptiſte. vel tale feſtum. ix. lectio. quod in craſtino ſequitur aliud feſtum. ix. lecti. ⁊ niſi ſint octa. cum regimine choꝛi. Si vero feſtum. ix. lectio. ⁊ inchoatio hiſto. in aliqua dominica infra octa. cum regimine choꝛi concurrant: ſeruitium erit de feſto. ix. lec. et memo. de octa. de dñica: et de trinitate cum ceteris que pertinent. Cum itaq; ob aliquā pꝛedictarū cauſarum aliqua hiſtoꝛia in ſua dominica inchoari non poterit: tunc per hebdomadam ſi ferie vacauerint inchoetur: ita

De dñis magis magis pꝛiuilegiatis.

Nota.

De do. minus pꝛiuilegiatis.

q̄ memo. non omitantur. Si vero nulla feria vacauerit: ℣ hist̄o. duratura fuerit plusquam per vnam hebdoma. tunc differatur vsq̄ in p̄xim̄am dominicam: vel do. sequentē: verūtamen si nō fuerit duratura nisi per vnā dominicam tantū: tunc ex necessitate in medijs ferijs per hebdomadam tota cantetur hist̄oria. ℣ ex positio euangel. et R̄. fer̄. eo anno non dicuntur: p̄ter vnū solum. R̄. fer̄. quod legitur i vltima fer̄. loco. ix. R̄. ita q̄ si aliq̄ festum. 3. lectio. ibidem reperiatur: nihil fiat de festo: nisi memo. ad vesp. et ad matu. de de sancta maria. ¶ Et nota q̄ in omnib⁹ sabbatis per estatem: scilicet a Deus omnium. vsq̄ ad aduentum dñi fiat p̄cess. ante crucē nisi duplex festum fuerit: et nisi aliqua dñica debeat differri ppter plurit̄atē tp̄is. tunc nulla fiat p̄cess. tamen in exaltatione sancte crucis fiat p̄cess. ante crucez si in dñica contige. licet duplex festū fuerit. et memo. de istis dñicis in duplici. festis erūt sub silētio: in alijs vero festis erunt solennes mēo. Et quotiens in sabbato ad vesp. per p̄dictū tp̄s dicitur memo. de dñica. Similiter fiat memo. de trinitate: etiā in festo omniū sc̄ōr̄: si in sab. vel in do. euene. Itē sall̄ libri nullā habēt memo. de trinitate in festo oim sanctor̄. ¶ De inferius p̄riuilegiats nota q̄ do. inferius p̄riuilegiate sunt omnes alie medie do. in quibus hist̄o. non sunt inchoande: scilicet dominice inter p̄mā hist̄o. Dñe ne in ira. vsq̄ ad. lxx. si euene. et omnes medie do. a Deus omniū. vsq̄ ad aduentū dñi. Et nota q̄ memo. de istis do. in festis dup̄. erunt sub silentio. In alijs vero festis erūt solennes. ¶ Etiam nota q̄ omnes do. ab octa. pasche vsq̄ ad p̄ri. do. ante ascensio. dñi sunt inferius p̄riuilegiate: q̄ si festū. 3. lect. cū regimine choꝛi in ipsis euene. festū nō debet differri: tamē mēo. de istis dñicis semp erūt solēnes. ¶ Etiā nota q̄ si in do. prima ante ascen. dñi simplex fest. cū regimine choꝛi euene. differat in 2. fer̄. vel in. 3. si. 2. fer̄. nō vacaue. a festo cū regimie choꝛi. Tamē si fest. dup̄. in p̄rima do. ante ascens. dñi. euene. non differatur. ¶ Et nota q̄ in omnib⁹ sabba. ab oct. pas. vsq̄ ad ascen. dñi. fiat p̄cessio ante crucē: cū hac. ā. X̄ps resurgens. de quocūq̄ fit seruitiū: nisi in die inuentionis sancte crucis si in sab. vel in do. eueñ. ℣ nō fiat aliqua alia memo. de resurrectione in sabba. q̄ ā. X̄ps resurgens. cum. ℣. Dicant nunc. ¶ Etiam nota q̄ quando fit seruitium de aliquo sancto in do. ab octa. pasche vsq̄ ad ascen. dñi. Sine scō̄m Alia. ad missam erit vnū de illis. ix. que intitulantur post octa. pasche. ℣ non de do. ¶ Sine regimine choꝛi. vel de sanctis: vel de octa. ¶ De sanctis vel de nō coniunctis vel de coniunctis.

Nota.

Falli libri.

De do. inferiꝰ p̄riuilegiatis.

Sine regi. choꝛi. de sctis

De sanctis nō ꝯiūctis

¶ De non coniunctis nota q̄ de festis .3. lec. sine regimine chori infra octa. cū regimine chori contingentibus fiat tm̄ memo. nisi sint festa .ix. lec. cōiuncta: tunc eā fiant medie lec. si ꝓprie habeātur: alias autē tm̄ memo. de festo coniuncto: ⁊ memo. de istis festis inferioribus erunt sub silentio in principalib⁹ maioribus ⁊ minoribus nihil fiat.

De coniunctis

¶ De cōiūctis vel duplicib⁹ vel simplicibus.

De duplicib⁹.

¶ De festis coniunctis vel festis duplicibus nota q̄ memor. de istis festis coniunctis semper erunt solen. nisi quando huiusmodi duplicia in dñicis celebrantur: tunc memorie de sanctis coniūctis erunt sub silentio: cū memo. de do. et de trinitate. Tamen in exaltatione sancte crucis fiat memo. de marty. solenniter quacūq̄ die eueniat. Etiā nota q̄ si festū .ix. lec. ꝓpter inchoationē histo. differatur in crastinū: ⁊ eidem festo festū .3. lec. coniunctū fuerit: tunc festū cōiunctū non debet differri: sed in ipsa do. fiat de eo memo. ad vesp. ad matu. et ad missam: et medie lect. si ꝓprie habeantur: nisi tota histo. cantanda fuerit. In medijs vero dñicis quando de do. agitur de fest. .3. lec. semper erūt medie lec. siue ꝓprie habeantur/ siue non: nisi Rx. de .2. noc. cantanda fuer. ibi dē.

De simplicib⁹.

¶ De simplicibus nota q̄ memo. de istis festis .3. lec. simplicibus festis .ix. lec. coniunctis in principalibus ⁊ maioribus erūt sub silentio in minoribus et inferioribus erunt solennes. Tamen si festum exaltationis sancte crucis in dñica contigerit: tūc ad .2. vesp. fiat memo. de sancto nichomede sub silentio cum mēo. do.

De oct. cū re. c. Inuit. simpl. de sctis

¶ De octa. no. q̄ memoria de istis octa. sine regimine chori/ inferioribus erunt sub silentio: in maioribus et minoribus nihil fiat.

¶ Inuitato. simplex vel de sanctis vel de fer.

¶ De sanctis vel sine noctur. vel cum noctur.

¶ De sanctis sine nocturno nota q̄ memoria de istis festis in inferioribus erunt sub silētio: in maioribus et minoribus nihil fiat.

De sanctis si me noc.

¶ De sanctis cū noctur. nota q̄ quando fit seruitiū de aliquo sancto trium lec. infra .lxx. vsq̄ ad caput ieiunij fiat cū noctur. ⁊ nulla mēo. de fer. A. 4. vo

De sanctis cuj noctur de fer. de fer. princi. priuil.

fer. a capite ieiunij vsq̄ in crasti. octa. pasc. de hmōi festis .3. lec. fiat tm̄ memo. ad vesp. et ad matu. de sancta maria: que precedet memoriā de sancto spiritu.

¶ De feriis vel principaliter priuilegiatis: vel magis priuilegiatis: vel minus priuilegiatis: vel inferius priuilegiatis.

¶ De fer. principaliter priuilegiatis nota q̄ iste ferie sunt principaliter priuilegiate: scz feria .4. in capite ieiunij: feria .5. .6. ⁊ sabbatum ante pasc. et sabba. ante penteco. Quodcunq̄ vero festum in his fer. euenerit: debet differri: licet festum loci fuerit/ scz si simplex festum fuerit: omnino omitta

tur: nisi in capite ieiunij: tunc enim debet differri in crastinum. vel feŕ.6.aut sabba. ¶ De feŕ.magis pziuil.nota q feŕ. magis pziuilegiate sunt oēs feŕ.a do.passionis vsq; ad cenam dñi. Iste ferie sunt sic pziuilegiate q si festum simplex.ix. lec. in his feŕ. eueneŕ: nihil fiat de festo: si vero duplex festum/habebit seruitiū cum Neuma.et Iesu christe.et cum Gloria patri. ¶ De ferijs minus pziuilegiatis. nota q feŕ.minus pziuilegiate sunt oēs feŕ.in tertia hebdo.aduentꝰ dñi.omnes feŕ.a capite ieiunij vsq; ad do.passionis.ꝛ feŕ.2.ꝛ.4.rogationum. Iste ferie sunt sic pziuilegiate q nihil fiat de cōmemoratio. neq; de festis.3. lect. nisi tantū memo.ad vesp.et ad matu.de sancta maria. ¶ De ferijs inferius pziuilegia. nota q ferie inferius pziuilegiate sūt omnes alie ferie per aduentum. Iste ferie sunt sic pziuilegiate: et oēs alie feŕ. precedentes q fiat solennis memo. de feŕ. de quocunq; fit seruitiū. Tamen iste ferie inferius pziuilegiate nō excludūt cōmemora. ¶ Nota de quocunq; fiet seruitium infra aduentū fiat solennis memoria de sancta maria: nisi quando plenum seruitium fit de ea. Similiter fiat a festo circuncisionis vsq; ad festum purificationis. Etiam ab octa. pasche vsq; ad vigiliā ascēsionis: fiat solennis memoria de resurrectione: de quocūq; fit seruitium nisi in inuentione sancte crucis.

de magꝫ pziuil

de minꝰ pziuil

De inferius pziuleg.

A 1 A 16.13.5.2.
2 A 18.15.10.7.
3 A 12.9.4.1.
4 A 17.14.11.6.3
5 A 19.8.

B 1 B 16.13.5.2.
2 B 18.10.7.4.15.
3 B 17.12.9.1.
4 B 14.11.6.3.
5 B 9.8.

C 1 C 16.13.10.5.2.
2 C 18.15.7.4.
3 C 17.12.9.1.6.
4 C 16.19.11.3.
5 C 8.

D 1 D 16.
2 D 13.10.5.2.
3 D 18.15.12.7.4.
4 D 17.9.6.1.
5 D 19.11.8.3.14.

1 E 16.5. E
2 E 18.13.2.10.
3 E 15.12.7.4.1.
4 E 17.14.9.6.
5 E 19.8.3.11.

1 F 16.5. F
2 F 18.13.2.10.
3 F 15.12.7.4.1.
4 F 14.9.6.3.17.
5 F 19.11.8.

1 G 16.13.5. G
2 G 18.10.7.2.
3 G 15.12.9.4.
4 G 17.14.6.3.
5 G 19.11.8.

Explicit tabula.

¶ Volens cõfiteri dicat sacerdoti. Benedicite pater. Sacer. Dominꝰ sit in corde tuo & in labijs tuis ad cõfitendum omnia peccata tua. In nomine patris et filij. &c. ¶ Hic dicat pcã sua: quibus dictis dicat sacer. Miserea tur tui oipotens deꝰ. &c. Indulgẽtiam & absoꝫ. &c. Meritũ passionis dñi nri iesu chri: suffragia sancte matris ecclie: bona que feceris & que per dei gratiam facies sint tibi in remissionem peccatorũ tuorũ. Jnfligat penitentiã dicẽs Et p pnia speciali dices hoc & hoc vel facies hoc & hoc. ¶ Tunc absoluat dicẽ. Dñs nr iesus xps q̃ est summꝰ põtifex per suã pfissimã miam te absoluat. Et ego auctoritate mihi cõcessa absoluo te primo a sentẽtia minoꝝ excõmunicationis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris & fi. &c. ¶ Sacerdos volẽs accedere ad altare induat se sacris vestibꝰ di.

VEni creator spũs/mẽtes tuorꝫ visita: imple supna gratia: que tu creasti pectora. Qui paraclytus diceris/donũ dei altissimi: fons vive ignis charitas: et spiritalis vnctio. Tu septiformis mũere/dextre dei tu digitꝰ: tu rite pmissum patris/sermõne ditãs guttura. Accẽde lumẽ sensibꝰ/ infunde amorẽ cordibꝰ: infirma nri corporis/virtute firmans perpeti. Hostẽ repellas lõgius/pacẽq̃ dones protinus: ductore sic te previo/vitemus omne noxiũ. Per te sciamꝰ da patrẽ/noscamus atq̃ filiũ: te vtriusq̃ spiritum/credamus omni tempore. Sit laus pri cũ filio/sancto simul paraclito: nobisq̃ mittat filius charisma sancti spiritus Amen. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio. DEus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quẽ nullũ latet secretũ: purifica per infusionẽ sancti spiritꝰ cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. p xpm. Deinde sequntur ãn. Introibo ad altare dei. ps. Judica me deus & discerne. totꝰ psal. cum Gloria. Deinde dicitur. ãn. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meã. kyrie el'. Christe elei. kyrie el'. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Cõfitemini dño qm̃ bonꝰ. Qm̃ in seculum mia eiꝰ. ¶ Cõfiteor deo: bte marie: oibꝰ scis/ & vobis: qꝛ peccaui nimis cogitatione: locutiõe/ & opere: mea culpa: pcor sanctã mariã oes scos dei et vos orate p me. Ministri respõdeant. Miserea tur vestri ops deꝰ & dimittat vobis oia pcã vestra: liberet vos ab omni malo: conseruet & cõfirmet in bono et ad vitã perducat eternã. Sacerdos. Amen. et postea di. Confiteor. quo dicto dicat sa. Miserea tur

vtis. Deide dicat sacer. Absolutionē ⁊ remissionē oīm pcōrū vestrorū: spatiū vere penitētie et emendationē vite: gratiā et consolationē sci spūs tribuat vobis oēps et misericors dñs. Ministri respondeant. Amen. Sacerdos. Absolutionē. Deide dicat sacerdos. ℣. Adiutoriū nostrū in nomine domini. Qui fecit. Sit nomē dñi. Ex hoc nūc et vsq; in seculum. Oremus.

Aufer a nobis dñe q̄s oēs iniq̄tates nr̄as: vt ad sc̄a sanctorum puris mētib⁹ mereamur itroire. Per chyst̄m. Tūc se erigat sacer. ⁊ osculet altare ⁊ hoc in medio: ⁊ flectet se in facie sua ita dicens. In noie p̄tis et filij et spūssancti. Amen. Deide incipiat officiū vsq; Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicim⁹ te. Adorāmus te. Glorificam⁹ te. Gratias agim⁹ tibi propt̄ magnā gloriā tuā. Dñe de⁹ rex celestis: deus pater oēps. Dñe fili vnigenite iesu x̄pe. Spūs ⁊ alme ypphanorū paraclite. Dñe de⁹ agnus dei filius patris. Qui genitus marie virginis mētis. Qui tollis pcā mundi: miserere nobis. Qui tollis pcā mundi suscipe deprecationē nostrā. Ad marie gloriā. Qui sedes ad dexterā patris: miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu sol⁹ altissim⁹. Mariā coronās. Iesu christe. Cū sc̄o spiritu in gloria dei patris. Amen.

Credo in vnū deū. Patrē omnipotētē factorē celi ⁊ terre: visibiliū oīm ⁊ invisibiliū. Et in vnū dñm iesum x̄pm filiū dei vnigenitū. Et ex p̄re natū ante oīa scl̄a. Deū de deo lumē de lumie/ deū verū de deo vero. Genitū nō factū/ ⁊ subst̄ātialē p̄ri: p quē oīa facta sunt. Qui ppter nos hoies: ⁊ ppter nr̄am salutem descēdit de celis. Et incarnat⁹ est de spū sancto ex maria v̄gine: ⁊ hō factus est. Crucifixus etiam p nobis sub pōtio pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secūdū scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexterā patris. Et iterū v̄turus est cū gloria iudicare vivos ⁊ mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritū sanctū dñm ⁊ vivificantē. Qui ex patre filioq; pcedit. Qui cū patre ⁊ filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorū. Et vitam venturi seculi. Amē. Deinde sequetur. Dominus vobiscū. et Oremus. Deinde dicit Offr. Ipse vero accipiens calicē: diligēter ponat in loco suo debito sup medium altaris: ⁊ ibi

nato parū p̄ eleuet calicē & tractꝫ manu offerēs sacrificium dño: dicendo hāc orationē. Oratio.

SUscipe scā trinitas hāc oblationez quā ego indignus peccator offero in honore tuo/ beate marie/ & oim sanctorum/ pro peccatis & offensionibus meis pro salute viuorū & requie oim fideliū defunctorū. In nomine patris. &c. Acceptū sit omnipotenti deo hoc sacrificium nouum. Dicta orōne reponat calicē & cooperiat cū corporalibus: ponatꝫ panē sup corporalia decēter ante calicē vinū & aquā continentē: & osculet patenaz & reponat eā a dextris sup altare sub corporalibus parū cooperiendo. His ita pactis eat sacerdos ad dextrū cornu altaris: & abluat manus di. Mūda me domine ab omni inquinamento mētis & corporis: vt possim mundus implere opus sanctum domini. Ablutis manib⁹: sacerdos reuertat se ad altare ad diuinū officiū exequendum: Deinde reuertat se/ & stans ante altare īclinatoꝫ capite & corpore tactis mānib⁹ dicat orōnē.

IN spiritu humilitatis et in animo cōtrito suscipiamur domine a te: & sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo vt a te suscipiatur hodie: & placeat tibi domine deus. Et erigens se deosculetur altare a dextris sacrificij: & dans bñdictionem vltra sacrificiū: postea lauet se di. In nomine patris. &c. Deinde ōtat se sacer. ad populū & tacita voce dicat Orate fratres & sorores p me: vt meū pariterꝫ vestrū acceptū sit domino deo sacrificium. Rñdeo clerici priuatim. Spūs sancti gratia illuminet cor tuum & labia tua: et accipiat dñs digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis & offensionibus nostris. In missis vero pro defunctis post ablutionem manuū sacerdotis: statim incipiat sacerdos iunctis manib⁹ i medio altarꝫ quers⁹ ad altar. di.

HOstias & preces tibi dñe offerimus. Et chorus cantando rñdeat. Tu suscipe pro aiabus illis quarum hodie memoriā agimus: fac eas dñe de morte trāsire ad vitam. Et interim dicat sacerdos. In spū humilitatis. Deinde statim dicat comuersus ad populum tacita voce. Orate fratres et sorores p fidelibus defunctis. Respōdeo clerici cantādo. Requiem eternam dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Quā olim abrahe promisisti et semini ei⁹. ¶ Notandū q̄ in oib⁹ missis p corpore presenti & in anniuersa. cuiuscūq; fuerint in trigintalib⁹ dicit: HOstias & pces. cū ỹ. Requiē eternā. et Quam olim. In oibus vero alijs missis p defunctis non dicitur: nec in die aiarū. Et reuersus ad altare sacerdos secretas orationes dicat iux-

ta numerū et ordinē antedicta rum ante epistolā ita incipiēs. Oremus. Quibus finitis dicat sacerdos aperta voce. Per omnia secula seculorū. manib⁹ non leuatis donec dr Surlum corda. ¶ De trinitate ꝓfatio.

ETerne deus: qui cū vnigenito filio tuo ⁊ spiritu sancto vnus es deus: vnus es dominus. Non i vnius singularitate persone: sed in vnius trinitate substantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus: hoc de filio tuo/hoc de spū sancto sine differētia discretionis sentimus. vt in confessione vere sempiterneq deitatis: ⁊ i personis proprietas: et in essentia vnitas: et in maiestate adoretur equalitas. Quā laudant angeli atq archangeli: cherubin quoq ac seraphin: qui non cessant clamare vna voce dicentes. ¶ De sctō spiritu ꝓfatio.

ETerne deus. Per xp̄m dn̄m nostrū. Qui ascendens super oēs celos sedensq ad dexteram tuam: promissum spiritū sanctū hodierna die in filios adoptionis effudit. Qua propter profusis gaudijs totus in orbe terrarū mundus exultat. Sed et superne virtutes atq angelice potestates hymnū glorie tue concinunt sine fine dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. ¶ De sancta cruce.

ETerne deus. Pfatio. Qui salutē humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur: ido vita resurgeret. Et qui in ligno vicerat: in ligno quoq vinceretur. Per christum dominū nostrum. Per quem maiestatem tuā laudant angeli/ adorant dominationes tremūt potestates. Celi celorumq virtutes ac beata seraphin: socia exultatione concelebrant. Cū quibus ⁊ nostras voces vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes. ¶ De sctā maria.

ETerne deus. Pfatio. Et te in conceptione. Et te in annunciatione. Et te in assumptione. Et te in natiuitate. Et te in visitatione. Et te in veneratione beate et gloriose semperq virginis marie exultantibus animis laudare benedicere et predicare. Que ⁊ vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit: ⁊ virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternū effudit iesum christum dominū nostrum. Per quem maiesta. vtš ¶ De apostolis Pfatio.

ETerne deus. Et te domine suppliciter exorare: vt gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias. Vt eisdem rectoribus gubernetur: quos operis tui vicarios eidē contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis

et dominationibus. Cũq; omni militia celestis exercitꝰ hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes. Prefatio cõmunis

PEr omnia secula seculorum. Amen. Dominꝰ vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Hic eleuet sacerdos manus dicens.

Sursum corda. Habemus ad dñm. Gratias agamus domino deo nro. Dignũ & iustũ est.

VEre dignum et iustum est equum et salutare: nos tibi semper et vbiq; gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christum dominũ nostrũ. Per quem maiestatẽ tuam laudant angeli/adorant dominationes tremunt potestates. Celi celorumq; virtutes ac beata seraphin &c. Sanctus sanctus sanctus. Item in alijs prefationibus Et ideo. vsq; Sanctꝰ sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.

Quando vltimo fit seruitium de sancta maria ante aduentũ; et ante septuagesimã: & in octa. visitationis/assumptiõis/& nativitatis beate marie: tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit in nomine dñi. &c. Deinde confestim manibus iunctis et oculis eleuatis incipiat Te igit cle. corpe inclinato donec dixerit Ac petimꝰ.



TE igitur clementissime pater per iesum christũ filiũ tuũ dñm nostrũ supplices rogamus. corpore inclinato donec dicat ac petimus. Hic erigens sacerdos osculetur altare a dextris sacrificũ: dicens

vti accepta habeas et benedicas.

Hic faciat sacerdos tres cruces sup calicem dicendo. Hec ✝ dona. Hec ✝ munera. Hec ✝ sancta sacrificia illibata. Factis lignaculis super calicem eleuet manus suas ita dicens.

IN primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare: et regere digneris toto orbe terrarũ vna cũ famulo tuo [illegible] nostro. N. & antistite nostro N. id est proprio episcopo tantum et rege nostro N. Et dicuntur nominatim.

Sequatur et omnibus ortho-
doxis atq; catholice et aplice fi
dei cultoribꝰ. Hic oret ꝑ vivis.

Memẽto dñe famulorum
famularumq; tuarum,
N. et N. In qua oratione oꝛdo de
bet attendi ꝓpter oꝛdinẽ cha
ritat. Quinquies oꝛet sacerdꝰ.
Primo ꝓ seipso. Secundo ꝑ
patre et matre carnali et spiri-
tuali: et ꝓ alijs parentibus.
Tertio ꝓ amicis specialibus
parrochianis et alijs. Quarto
ꝓ oibus astantibus. Quinto
ꝓ oi populo xpiano: et potest
hic facer. omnes suos amicos
deo cõmendare. Consulo tamẽ
vt nullus ibidem nimis immo-
retur: tum ꝓpter coꝛdis di-
stractionem: tum ꝓpter im-
missiones que possunt fieri per
angelos malos: tamẽ ꝓpt alia
pericula. Et oim circumastãtiũ:
quoꝝ tibi fides cognita est ⁊ no
ta deuotio: ꝓ quibꝰ tibi offeri
mus vel qui tibi offerunt hoc
sacrificium laudis ꝓ se suisq;
oibus: ꝓ redẽptione aiarum
suarũ: ꝓ spe salutis et incolu
mitatis sue / tibiq; reddunt vo-
ta sua eterno deo vivo et vero.

Communicãtes ⁊ memo
riam venerantes. In ꝓ
mis gloriose semꝑq; virginis.
Inclitẽ ãdo parumper dicat. ma-
rie genitricis dei et dñi nostri
iesu xpi. Sed et beatoꝝ aposto
lorum ac martyrũ tuoꝝ. Petri
Pauli Andree Jacobi Joãnis
Thome Jacobi Philippi Bar
tholomei Mathei Simonis et
Thadei. Lini / Cleti / Clemen-
tis / Sixti / Cornelij / Cypriani /
Laurentij / Chrisogoni / Joan-
nis / et Pauli / Cosme / et Da-
miani. Et oim sanctorum tuo-
rũ. Quoꝝ meritis precibusq;
concedas: vt in oibus ꝓtectio
nis tue muniamur auxilio. ꝑ
eundẽ xpm dñm nostrũ. Amen
Hic respiciat sacerdos hostiam
cũ magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationẽ ser
uitutis nre: sed et cuncte
familie tue qs dñe vt placat⁹ ac
cipias: diesq; nostros in tua pa
ce disponas: atq; ab eterna dã-
natiõe nos eripi: ⁊ i electoꝝ tuo
rũ tubeas grege numerari. Per
xpm dñm nrm. Amẽ. Hic iterũ
respiciat hostiam dicẽs.

Quam oblationẽ tu deus
omꝑs in oibus qs. Hic faciat
tres cruces super utrumq; cum
dicat. be ✠ nedictam: ascri-
✠ ptã: ra ✠ tam: rationabilẽ:
acceptabilemq; facere digneris:
vt nobis. Hic faciat crucem su
per panẽ dicẽs coꝛ ✠ pus Hic
super calicẽ et san ✠ guis Jun-
ctisq; manibus dicens fiat dile
ctissimi filij tui domini nostri ie
su xpi. Hic erigat sacerdꝰ. ma-
nus et coniungat: et postea ter
gat digitos ⁊ eleuet hostiã dicẽs

Qui ꝓdie ꝙ pateret: ac-
cepit panẽ in sanctas ac
venerabiles manus suas: ⁊ ele
uatis oculis in celũ. Hic eleuet
oculos suos ad te deum patrem

sunum omnipotentē. Hic inclinet se: et postea eleuet paululū dicēs. tibi gratias agens: be✠nedixit: fregit. Hic tangat hostiam dicens. deditq; discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc oēs. Hoc est enī corpus meum. Et debent ista verba proferri cum vno spiritu: et sub vna prolatione: nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam: et postea eleuet eā supra frontem: vt possit a populo videri: & reuerenter illam reponat ante calicem in modū crucis per eandem facte. Et tunc discooperiat calicem: et tenēat inter manus suas nō distingēdo pollicem ab indice: nisi dū facit bñdictiones tantū: ita dicēs.

Simili modo postea q̄ cenatū est: accipiēs et hunc preclarum calicē in sanctas ac venerabiles manus suas: itē tibi. Hic inclinet se dicens. gr̄as agens be✠nedixit: deditq; discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex hoc oēs. Hic eleuet sacerdos paūper calicē ita dicēs. Hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamenti; mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hic eleuet calicem vsq; ad pectus vel vltra caput dicens. Hec quotienscūq; feceritis in mei memoriam facietis. Hic reponat calicē et tricet digitos suos vltra calicē pter micas: & cooperiat calicē: deide eleuet brachia sua i modū crucis iūctis digitis vsq; ad hec ẽba de tuis donis.

Unde et memores domine nos tui serui: sed et plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini nostri tā bēate passionis: necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic quinq; cruces fiant scilicet tres prime cruces super hostiam et calicē dicendo Hostiam pu✠ram: hostiam san✠ctam: hostiā immacu✠latā. Quarta sup panem tm̄ dicēdo. pa✠nē sanctū vite eterne. Quita super calicē dicēdo ca✠licē salutis p̄petue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere dignaris: et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel: et sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech/ sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Hic sacerdos corpore inclinato: & cancellatis manibus dicat. Supplices te rogamus. vsq; ad hec verba. ex hac altaris participatione. et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificij: et faciat signum crucis super hostiā et calicem et in facie sua cū dicit omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus oi potens de⁹: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuū in cōspectu diuine maiestatis tue: vt quotquot. Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificij dicens ex hac altaris participatione sacrosanctū filij tui. Hic faciat signum crucis super hostiam dicens corp ✠ pus: deinde super calicē dicens & san ✠ guinem sumpserimus: omni. Hic signet se in faciem dicens. benedictione celesti et gratia repleant. Per eūdē xpm dn̄m. Amen. Hic orat pro mortuis.

Memento etiam domine animarū famulorum famularūq; tuarū N. et N. Qui nos precesserūt cum signo fidei et dormiūt in somno pacis. Ipsis dñe & omnibus in christo quiescentibus locum refrigerij lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundē christū dn̄m nostrum. Amen. Hic percutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoq; peccatorib⁹ famulis tuis de multitudine miserationū tuarū sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris cū tuis sanctis apostolis et martyrib⁹: cum Joanne/ Stephano/ Mathia/ Barnaba/ Ignatio Alexandro/ Marcellino/ Petro/ Felicitate/ Perpetua/ Agatha/ Lucia/ Agnete/ Cecilia/ Anastasia Et cum omnib⁹ sanctis tuis, Intra quorum nos consortiū non estimator meriti: sed venie quesum⁹ largitor admitte. Per christum dn̄m nostrū. Hic dicitur Amen. Per quē hec oīa dñe semper bona creas. Hic ter signet calicem dicens sanct ✠ ificas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis: et prestas nobis. Hic discooperiat calicem & faciat signaculū crucis cū hostia quinquies: primo vltra calicē ex vtraq; parte illius calicis: scdō calici equale tertio infra calicē: quarto sicut prima: quinto ante calicē per ip ✠ sum: et cum ip ✠ so: et in ip ✠ so est tibi deo patri omnipo ✠ tenti in vnitate spiritus ✠ sancti: omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicem et teneat manus suas super altare vsq; dū dicitur Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorū Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemus dicere. Hic accipiat diaconus patenam: eamq; a dextris sacerdotis et sertento brachio in altū vsq; Da ppitius. discoptā teneat. hic eleuet sacer. man⁹ dicens. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuū. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nr̄is,

Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Chorus dicat. Sed libera nos a malo. sacerd. priuatim. Amẽ.

LIbera nos qs dñe ab oibus malis preteritis pzentibus z futuris: z intercedẽte btã z gloziosa semperq; virgine dei genitrice maria: z beatis apostolis tuis petro z paulo atq; andrea cũ ommib⁹ sanctis. Hic comittat diaco. pate. sacer. osculãs manũ eius: et sacer. osculetur pate. postea ponat ad sinistrũ oculũ: deinde ad dextrũ: postea faciat crucem cũ patena vltra caput et tũc reponat eã in locũ suũ dicens.

DA propitius pacẽ in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti/et a peccato simus semper liberi/z ab omni perturbatiõe securi. Hic discooperiat calicem et sumat corp⁹ cũ inclinatione trãsponens in concauitate calicis retinendo inter pollices et indices: z frangat i tres partes: prima fractio dũ dz. Per eũdẽ dñm nr̃m ihesũ xp̃m filiũ tuũ. secunda fractio. Qui tecũ vi. z reg. in vnitate spiritus sancti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiã fracturã in dextera manu in summitate calicis: ita dicat aperta voce. Per oia secula seculoz̃. Chorus respõdeat. Amen. Hic faciat tres cruces intra calicem cum tertia parte hostie dicẽdo. Pax domini ✠ sit semper ✠ vobiscũ. Chor⁹. Et cũ spũ tuo. Ad Agn⁹ dei. dicendi accedant diaco. z subdiaco. ad sacer. vterq; a dextris: diacon⁹ ppior: subdiac. remotior. et dicãt puati. Agn⁹ dei q̃ tollis peccata mũdi: miserere nobis. Agnus dei q̃ tollis pcã mundi: miserere nobis. Agn⁹ dei qui tollis pcã mũdi: dona nobz pacem. In missis p defunctis dicitur hoc modo. Agn⁹ dei q̃ tollis pcã mundi: dona eis requiem cũ hac additione in tertia repetitione sempiternam. Hic cruce signando deponat dictã tertiã partẽ hostie in sacramentũ sanguinis: sic dicendo.

HEc sacro ✠ sancta cõmixtio corpis et sanguis dñi nr̃i ihesu xp̃i fiat mihi oibusq; sumentibus salus mẽtis z corpozis: z ad vitã eternã pmerendã z capessendã pparatio salutaris. Per eundẽ dñm. no. Amen. Anteq̃ pax det dicat sacerdos.

DOmine sãcte pater oms eterne deus: da mihi hoc sacrosanctũ corpus z sanguinẽ filij tui dñi nr̃i ihesu xp̃i ita digne sumere: vt merear p hoc remissionẽ oim pcõr̃ meoz accipere: z tuo sctõ spũ repleri: z pacẽ tuã hẽre: q; tu es de⁹ solus: et pter te non est alius: cuius regnum et imperiũ gloziosum sine fine pmanet in scla seloz̃. Amen. Hic osculetur sacerdos corpozalia in dextera parte et summitatem calicis: et postea diaco. dicens. Pax tibi z eccle-

ſle dei. Ad illo. Et cum ſpũ tuo. Diaco. a dextris ſacer. ab eo pacẽ recipiat: & ſubdia. porrigat. Deinde ad gradũ chori. ipſe diaco. pacẽ portet rectoribus chori et ipſi pacẽ chori portẽt vterq; ſue parti incipiens a maioribꝰ In feſto vero & feꝝ. qñ chorus non regitur: par a diaco. choro apponatur per duos extremos de ſecunda forma. cetera ſicut prius. Poſt pacem datam dicat ſacer. oratione ſequentẽ. priuatim anteq̃ ſe cõmunicet tenẽdo hoſtiã duabus manibꝰ.

DEus pater fons et origo totius bonitatis: qui dulcius mia vnigenitũ tuũ p nobis ad infima mũdi deſcendere et carnem ſumere voluiſti: quẽ ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiã dicens. Te adoro: te glorifico: te tota mẽtis ac cordis intentione laudo: et pcor vt nos famulos tuos non deſeras: ſed petã nãa dimittas: quatenus tibi ſoli vino ac vero deo puro corde et caſto corpore ſeruire valeamus. Per eundem chriſtum dñm noſtrum. Amen.

DOmine ieſu chẽe fili dei viui: qui ex voluntate patris cooperante ſpũ ſancto per mortẽ tuã mũdũ viuificaſti: libera me queſo per hoc ſacroſanctum corpus et hunc ſanguinẽ tuum a cunctis iniquitatibus meis et ab vniuerſis malis: et fac me tuis ſemper obedire mãdatis/et a te nunq̃ in perpetuũ ſeparari permittas ſaluator mũdi. Qui cum deo patre & eodem ſpiritu ſcõ viuis & regnas deꝰ. Per oia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

COrporis & ſanguinis tui dñe ieſu xpe ſacramẽtum qđ (licet indignꝰ) accipio: nõ ſit mihi iudicio & cõdẽnationi: ſed tua proſit pietate corporis mei et aie ſaluti. Amen. Ad corpus dicat cũ humiliatione anteq̃ recipiat. Aue in eternũ ſanctiſſima caro xpi mihi ante oia et ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpus dñi nri ieſu chriſti: ſit mihi peccatori via & vita. In nomine ✠ patris et filij & ſpũs ſancti. Amen. Hic ſumet corpus cruce prius facta cum ipſo corpore ante os. Deinde ad ſanguinẽ cum magna deuotiõe dicat. Aue i eternum celeſtis potus mihi ante omnia & ſuper omnia ſumma dulcedo. Corpꝰ et ſanguis dñi noſtri ieſu chriſti: proſit mihi peccatori ad remediũ ſempiternũ inuitã eternã. Amẽ. In noie ✠ patris &c. Hic ſumat ſãguinẽ: q ſũpto inclinet ſe ſacer. & di. oratione.

GRatias tibi ago dñe ſancte pater oms eterne deꝰ: qui me refeciſti de ſacratiſſimo corpore & ſanguine filij tui dñi nri ieſu xpi: & precor vt hoc ſacramentũ ſalutis noſtre qđ ſũpſi indignꝰ peccator: nõ veniat mihi ad iudicium/neq̃ ad condemnationẽ pro meritis meis:

sed ad profectum corpis mei et
aie salutē in vitā eternā. Amē.
Qua dicta erat sacerdos ad dex-
tram corni altaris cū calice in
ter manus/digitis adhuc iun-
ctis sicut prius/et accedat sub-
diaco. ⁊ effundat in calicē vinū
⁊ ablueret sacer. manus suas
ne aliqua reliquie corporis ⁊ sā
guinis remaneant in digitis vel
in calice. ¶Cum vero aliquis
sacer. debet bis celebrare i vno
die: tunc ad primam missaz nō
debet percipere ablutionem vi
nam: sed ponere in sacrario vel
in vase mundo vsqz in finem al
terius misse: ⁊ tūc sumat vtra-
qz ablutio. Post primam ablu
tionem dicitur hec oratio.

QUod ore sumpsimus do
mine pura mente capia
mus: et de munere temporali
fiat nobis remedium sempiter
num. Hic lauet digitos in con-
cauitate calicis cū vino infuso
a subdia. quo hausto sequit or.

HEc nos cōio dñe purget
a crimine: et celestis re-
medij faciat esse cōsortes. Post
perceptionē ablutionū/ponat
sacerd. calicē sup patenā: vt si
quid remaneat stillet: ⁊ postea
iclinātō se dr. Adorem⁹ crucis
signaculū: p quod salutis sum-
pīmus sacramētum. Deide la
uet man⁹: diaco. interi corpora
lia ꝑplicet. Ablutis manibus ⁊
redeunte sacerdote ad dextrum
cornu altaris: diacon⁹ calicem
porrigat ori sacer. si qd infuso
rus in eo remāserit resumēdū.
Postea vero dicat cū suis minis
teris cōione. Deinde sctō signo
crucis in facie vertat se sacer.
ad populū: eleuatisqz aliquātu-
lā brachijs ⁊ iūctis manib⁹ dis-
cat. Dñs vobiscū ⁊ iterū reuer
tēs se ad altare dicat. Oremus.
Deide dicat postcōiones iuxta
numerū et ordinē antedictarū
orationū ante epistolā. Finita
vltia postcō. factoqz signo crucis
in frōte: iterū vertat se sacer. ad
populū. ⁊ dicat Dñs vobiscum.
Deide diaco. Bñdicamus dño.
Alio vero tpe dr Ite missa est.
Quotiēscūqz aūt dr Ite missa
est. sp dr ad ppm quiescētēm. Et cū
dici debeat Bñdicam⁹ dño vel
Requiescāt i pace conuertēs se ad
altare dr Bñdicam⁹ dño. His
dictis sacerd. inclinato corpore
tactisqz mānib⁹ tacita voce coram
altari i medio dicat hāc oronē.

PLaceat tibi sancta trini-
tas obsequium seruitus
mee: ⁊ presta vt hoc sacrificiuz
quod oculis tue maiestatis indi
gnus obtuli/tibi sit acceptabi-
le: mihiqz et omnibus pro qui-
bus illud obtuli: sit te miseran-
te propitiabile. Qui viuis ⁊ re
gnas deus. Per omnia secula
seculorum. Amen. Qua finita:
erigat se sacerdos signans se in
facie sua dicēs. In nomie pīis.
⁊ c. Et sic inclinatione facta eo
ordine quo prius accesserūt ad
altare in principio misse: sic in
duti cū cerofera. ⁊ ceteri mini-

runt impetū ignis: effugarunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate ꝓtes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij vero distenti sunt non suscipiētes redemptionem: vt melioꝛē inuenirēt resurrectionē. Alij vero ludibꝛia et verbera experti insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt/in melotis: & in pellibus capꝛinis. Egētes/angustiati/afflicti: quib⁹ dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes/et in mōtibus et speluncis: et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei pꝛobati inuenti sunt. In chꝛisto ielu dño nostro. Gꝛ. Gloꝛiosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens pꝛodigia. ℣. Dextera manꝰ tua dñe gloꝛificata est in virtute tua: dꝛextera manus tua cōfregit inimicū alla. ℣. Sci tui dñe bñdicēt tē: gꝛiam regni tui dicent Alla. Sequentia

ECce pulchꝛa canoꝛū resonet voce alla. Intimans requiē ciuib⁹ inclitū. Celica nimiū angeloꝛū rutilant agmia. Sancte sancte sancte: chꝛisto ouanter pꝛoclamantia. Sublimi in cathedꝛa apostoloꝛū sede fulgida lampada tribus et linguas indicātia. Omnia vt sꝛcoꝛa reputarūt tumida: ꝓpter hoc emicant velut stella firma-

mēti clara. Stolis cādidis martyꝛum colla. Hi sunt milites q̄ mundi pꝛeliauerunt bella. Coꝛonis albis coꝛonanter sancti. Quicōfitentes crediderūt iuste vel fide sectantes. Respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphant dicētes optima. Hiue decātāt psallētes carmina. Arte laudiflua Voce dulcisona. Regi chꝛisto submittentes colla. Multa recitaris laude spirituū. Atq̄ inbilaris in chꝛo virginū. Alla. Dulcimoda. Te decantant pudicū agmina. Laus tibi sit xp̄e semper per oia. Qui opitularis cantantes talia. Ecce pulchꝛa. Alla. Et nos pl̄i pꝛoclamemus vna. Da nobis eterna regna floꝛida. Vbi cantemus oēs

Alleluia. Scōm Lucam.

IN illo tpe. Eleuatꝰ ielus oculis in discipꝛos dicebat. Bti pauperes: quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint homines: & cū separauerint vos & exꝛobꝛauerint: et ciecerint nomē vestrū ꝓpter filiū hominis. Gaudete in illa die et exultate ecce enim merces vꝝa multa est i celo. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et foꝛtitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta.

SUscipe q̄s dñe munera pl̄i tui ꝓ festiuitate san-

ctoꝝ martyꝝm tuoꝝ ℳ. et ℳ. et syncero coꝛde nos fac coꝛum natalitijs interesse. ℘er. Cōto. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio alleluia.

Sacramentoꝝ | Postcōto tuoꝝū dñe participatiōe letantes suppliciter exoꝛamus vt quoꝝū merita celebꝛare cōdonas: coꝛū nos facias imitari constantiam. ℘er dominum.

¶ De quocūq; cōfessore. Ostū.

Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius i coꝛde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatē. Glia. oꝛ.

Adesto dñe pꝛecibus nꝛis quas in sancti ℳ. cōfessoꝛis tui solēnitate deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam nō habemus: eius qui tibi placuit meritis et pꝛecib⁹ adiuuemur. ℘ dñm. Epla. Letō iust⁹ sapiētie.

Cap. 10

Illū deduxit dñs p vias rectas: et ostēdit illi regnū dei: et dedit illi scientiā sanctoꝝū. Honestauit illū in laboꝝib⁹: et pleuit laboꝛes illi⁹. In fraude circūuenientiū illi astitit: et honestum fecit illum. Custodiuit illū ab inimicis: et a seductoꝛibus tutauit illum. Et certamē foꝛte dedit illi vt vinceret: et sciret qm̄ oīm potentioꝛ est sapiētia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoꝛibus liberauit eū. Descenditq; cum illo in foueā: et in vinculis nō dereliquit illū donec afferret illi sceptrum regni: et potentiā aduersus eos qui eū depꝛimebāt. Et mēdaces ostendit qui maculauerunt illū: et dedit illi claritatem eternam: dñs de⁹ nr̄. Gr̄. Os iusti meditabit sapiētiā: et lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in coꝛde ipsi⁹ et nō supplātabunt gressus eius alla. ℣. Posui adiutoꝛiū sup potentē: et exaltaui electū de plebe mea. Sequentia.

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plēa. In qua sancta eccl̄ia grata cōgaudet. Hodie celestis letat turma: que gloꝛiam cantat in excelsis voce dulcisona cum symphonia. Hodie polꝛum sancta agmina: collaudant regem deū nostrum natū ex virgine sancta maria. Aue inclyte ꝓsul xp̄i ℳ. flos pulcherrime. Tu vestigia xp̄i secutus es fide deuota. Eterni regis adept⁹ es regna. Jā gratularis in domo supna possidēs sedes almas. Te postulamus et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitā nostram. O beate. O sancte ℳ. Laus tibi in gloꝛia ℳ. beate. O sancte ℳ. pꝛo nobis supplica. Vt vna mereamur sancta celoꝝum templa. Possidere leti: cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit tꝛo laus honoꝛ et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculo-

rum secula. Amen dicant oia.

Desiderium Tractus.

Anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. Sancti.

Luc. 12 In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis. Videte vigilate et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis: et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero an media nocte: an galli cantu: an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico vigilate. Offerto Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. In tpe paschali alia.

Suscipe dñe Secreta.

sacrificium placationis et laudis: quod nos intercedente beato N. confessore tuo perducat ad veniam et in perpetuam gratiam constituat actionem. Per. Communio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. Alleluia alia. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dñm.

Missa de sancto rocho. Officium

Gongratulamini omnes in domino diem beati rochi cōmemorantes: in cuius commemoratione letatur ecclesia plebs exultat et angeli dulcia dant melodia dicentes gloria tibi dñe: qui talē virū in cōfessorem elegisti. ℣. Beati immaculati in via: q̄ ābulāt in lege dñi. Oro.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctor: et cūctis ad eorum patrocinia confugientibus tue petitionis salutarem pietas affectum: concede plebi tue vt intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet: lāguore epidimie quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera: et tuo nomini semp sit deuota. Per.

Epistola ad timotheum. 2. Thi. 2

Charissime. Memor esto iesum christum surrexisse a mortuis ex semie dauid sm euangeliū meum in quo laboro vsq; ad vincula: quasi male operans: sed verbū dei nō est alligatū. Ideo oia sustineo ppter electos: vt et ipsi salutē cōsequant̄ q̄ est cū xpo iesu in glia celesti. Tu aūt assecut⁹ es meā doctrinam/ institutionē/ ppositum/

fidē/longanimitatē/dilectionē/ patiētiā/ plecutiões/ passiões. Qualia mihi facta sunt antiochie/iconio/listris: quales plecutiones sustinui: & ex oib⁹ me eripuit dñs. Et oēs q̄ pie volūt viuere in xp̄o ihesu: plecutionē patiūtur. ℣. Tibi pio sancto rocho honor sit et gl̄ia: et deprecantes apud celestē numen tuis p̄cibus a morbo epidimie saluos nos red de. ℟. Fac q̄s dē confessor christi/ vt apud deū p̄ces nostre nō sint vane: et nobis aeris tēperiē concede: vt in fine tecū in celis congratulemur. Alla. ℣. O beate confessor rochе: ꝟ magna apud deū sunt merita tua: quib⁹ credimus nos a morbo epidimie posse liberari: et aeris tēperiē cōcedi. Alla. Suāge. Vigilate q̄ nescitis qua hora. In cōl. Osp. Te beatū rochū xp̄i cōfessorē exoratū facimus: et p̄ces ad te patrē nostrū dirigimus: vt tua intercessione a languoribus epidimie saluemur: et aeris tēperie potiamur. Pfatio. Eterne deus. Qui imminentē iniquitatis interitū/ sola mia reuocasti: quibus vt p̄pugnator exilleres cum orationis penitentia p̄stitisti. Et huic populo tuo ante cōspectū gloriе tue p̄strato orādi tribue puritatē: quē desiderat p̄sta liberationis effectū: vt quos vnigeniti tui p̄cioso sanguie redemisti/ nō patiaris mia tua mortalitatis interire supplicio. ℣. Per chm dñm nr̄m. Secreta. Āsperce nobis dñe & flagella ire tue q̄ pcā nr̄a meruēt p̄cibus et meritis btissimi confessoris tui rochi: a nobis misericorditer auerte. ℣. Per do. Cōio. O ꝟ magnificū est nomē tuū bē roche: qui tuis intercessionib⁹ multitudinē languentiū nosti sanare: et nomē tuū gloriosum p̄uenerantibus oib⁹ te p̄sentiā exhibere: beni et salua nos a morbo epidimie: et aeris tēperiē nobis p̄cede. Post. Presta quesumus omnipotens deus: vt qui celestia sacramenta percepimus/ intercedente beato rocho confessore tuo: per hec contra oia aduersa muniamur: et ab omni morbo et peste ac a subitanea morte liberemur. ℣. Per. ¶ In natali vnius virginis & martyr. Offū.



Oquebar de testimoniis tuis in conspectu regum & non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Eaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. p dñm. Lectio libri sapie. Eccl. 15

Dñe deus meus exaltasti super terram habitationem meā: & pro morte defluenti deprecata fuī. Inuocauit dñm patrē dñi mei: vt nō derelinquat me in die tribulationis mee: et in tpe super

borum sine admixtione. Laudabo nomen tuū assidue: ⁊ collaudabo illud in confessione: ⁊ exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione: et eripuisti me de tpe iniquo. Propterea confitebor ⁊ laudē dicā nomini tuo: dñe deus meus. ℣. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatē. ℟. Propterea unxit te deus deꝰ tuus oleo letitie. Alleluia. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos uni viro virginem castam: exhibere christo. Sequentia.

VIrginis venerāde de numero sapientū: festa colimus socij. Filie matris superni regis sacrosctē marie. Quā sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostē cruentū freta xpi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula sese inuisentez alacris. Corde iocundo secuta/ eius est ingressa thalamū. Cuncta dulcibꝰ plena delicijs. Ppo miserias nostras suggerito: nobis cōsolationem precando. Tractus.

DIffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem ⁊ iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuam: quia concupiuit rex speciē tuā. Sequentia matthei.

IN illo tempore. Dixit ie- Cp. 13
sus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscōdito in agro: quē qui inuenit homo abscondit/ et pre gaudio illius vadit: ⁊ vēdit vniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnū celorū homini negociatori q̄renti bonas margaritas. Inuēta aūt una p̄ciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eā. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: ⁊ ex omni genere piscium cōgregāti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatiōe seculi. Exibunt angeli: ⁊ separabunt malos de medio iustorū. Et mittēt eos in caminū ignis ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua ⁊ vetera. Offe.

Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secr.

HOstias dñe q̄s tibi offerimus propitius respice: ⁊ intercedente beata ℳ. virgine tua et martyre/ vincula peccatorū nostrorū absolue. p. Coio.

Diffusa est gra in labijs tuis propterea benedixit te deꝰ in eternū. In tpe pasche. Alla. Postcōio.

Placeat tibi ꝙs mibicoꝛs deꝰ nōe seruitutis obsecta: vt mysteria sacrosctā q̄ sumpsimus/intercedente btā M. ꝺgie tuaꝛ martyꝛe & tuā gratiā nobis cōciliēt: et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per.

¶ Missa de nōie ihesu. Introit.

In nōe ihesu omne genu flectatur celestiuꝫ terrestriū et infernoꝝ rum/& omnis lingua confiteatur quia dñs noster iesus chzistus in glozia est dei patris. ℣. Laudate dominum quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suauis est. Oro.

Deus qui gloziossimuꝫ nomen domini nostri ihesu chzisti vnigeniti filij tui lecti fidelibus tuis summe suauitatis affectu amabile: et maligni spiritibus tremendum atq̄ terribile: concede propitius vt omnes qui hoc nomen iesu deuote veneꝛantuꝛ in terris: sancte consolationis dulcedinē in psenti percipiant: et in futuro gaudiū exultatiōis interminabilis iubilatiōis obtineant. Per eūdē. Lectio actuū apłoꝝ. cap. 4.

In diebus illis. Petrus impletus spiritu sancto dixit. Principes populi et seniozes audite. Si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi in quo iste saluus factus est. Notum sit omnibus vobis et omni plebi israel/quia in nomine domini nostri iesu chzisti nazareni quem vos crucifixistis: quē deus suscitauit a mozтuis; in hoc ipse astat coꝛā vobis sanus. Hic est lapis qui repzobatus est a vobis edificantibus: hic factus est in caput anguli. Et non est in aliquo alio salus. Nec est aliud nomē sub celo datū hominibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Constituit deus pater ad dexteram suam iesum chzistum in celestibus supra omnem potestatem et pzincipatū potestatem et virtutem et dominationem: et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloziam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Alleluia. Dulce coꝛdi nomen iesu: melos aurī mei in cla: coꝛ conuertit in iubilum: et fugat mundi fibilum. Sequentia.

Dulcis iesus nazarenus/ iudeoꝛum rex amenus: pius pulcher/ floꝛidus. Pro salute sue gentis/ subit mozтem cum tozmentis/ factus pallens lividus. Dulce nomen et cognomē hoc transcendens est pzenomē: omnibus nominibus. Mulcet reos sanat eos/ fouet reos munit eos: seruat ab insultibus. Huius regis sub vexillo/ statu

degis in tranquillo/ hostes tui fugiunt. Nomen eius meditatum belli fugat apparatum: hostes victi fugiũt. Hoc est nomen recolendũ/ qđ sic semp est tremendũ: malignis spiritib⁹. Hoc est nomen salutare/ et solamen singulare: quod succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare/ arca cordis inserare cogitare peramare amore sed heroico. Ignatius hoc docuit: hoc et passus insonuit: cor eius scissum patuit/ inscriptum iesu celico. Ut quid maiora cupimus ꝫ qꝫ iesus sit intimus: q̃ est preamãtissimus: et q̃rit nos amare: Amat feruẽtissime: amat cõstãtissime: amat benignissime: & suos vult iuuare: Nomẽ suũ fecit tale: vt sit cunctis cordiale/ capitale/ principale/ dilectũ et intimis. Hoc hñt nature iura vt amantem tota cura reamemus/ placitura pstãtes et animis. Jesu nomẽ oẽ bonũ tenet/ dulcem facit sonũ: promeretur regni thronum/ auditum letificat. In hoc lucet splendor pris/ in hoc patet decor matris/ i hoc fulget honor fratri/ hoc fratres magnificat. Caput iesu cor/ mẽs man⁹/ pes & corpus vigor sanus: sanguis christi et humanus parantur hoibus. Hec torquentur passa dura/ his iesura & natura repanꝫ pia cura: purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire/ quare nomẽ iesu mire/ facit bonos cõcupire sui ihe rentiam. Jesus pulcher in decore/ summus bonus in valore mitis lenis in dulcore/ pron⁹ ad clemẽtiã. Jesus est rex generosus/ iesus forma speciosus: iesus lingua gratiosus/ & mirandus opere. Jesus fortis animosus/ iesus pugil vigorosꝰ: iesus donis copiosus/ & gaudet tribuere. Jesus pie visceroſus/ iesus ductor luminosus/ iesus est delicioſus/ et sapit dulcissime. Jesus fama glorioſus/ iesus cunctis fructuoſus/ iesus totus virtuoſus: fouet suos optime. Sũmus potẽs in vigore/ summus celsus in honore: summus gratus in amore/ omnem lautem continet. Inscendo summe sapit/ ambiendo cuncta capit/ diligendo corda rapit/ et illata detinet. Eia nomen nobis gratum/ dulcis iesus appellatum: sit in corde sic firmatum/ vt nõ possit erui. Hoc reatum peccatorum tollat/ prestet iubilorũ odas/ vita beatorum donet nobis perfrui. Tractus.

Dulce nomen iesu christi fert omen ferens tristi: iocũ dans mentem iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructum: et obductum et seductum purgat cor a nubilo. ℣. Nominatum inuocatũ: honoratum predicatũ: semper sonat dulciter. ℣. Tam peccatum ꝫ reatum: q̃donatũ expurgatum: reddit mulcens leniter. ℣⁹. Hostes ferit mores serit/ mala terit/ grates gerit/ plenum est preſidii. ℣. Nos defen

dit nos accendit: nos intēdit ⁊ extendit hoc nomen in gaudiū.

Euangelium scōm matthēū.

Cap. I

IN illo tempore. Angelus dñi apparuit i somnis ioseph dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filiū: ⁊ vocabis nomē eius ihesū. Ipse enī saluū faciet populū suum a peccatis eoꝝ. Hoc autē totum factū est vt adimpleretur quod dictū est a dño per prophetam dicentē. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eius emanuel: quod interpretatur nobiscū deus. Credo. Offr. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt: et si mortiferum quid biberint nō eis nocebit: super egros manus imponent: et bene habebunt. Alleluia. Secreta.

IN veneratione nominis dilectissimi filij tui dñi nostri ihesu christi: tibi deus pater miam. deuotis mentibus hostias immolamus: suppliciter deprecantes vt earū virtute cunctis egētibus prestetur auxilium: et in eodem nomine delectantes salutarē sui proposito consequantur affectū. Per eundē. Prefa. Quia per incarnati. Cōm. Vincenti dabo manna absconditū: et dabo illi calculū candidū: et in calculo nomē nouū scriptū quod nemo scit nisi qui accipit. Postcōio.

SAcrosctā mysteria q̄ sumpsimus dñe ad honorem nominis cōplacentissimi filij tui dñi nostri ihesu christi deuotis preconijs recolentes: q̄s vt incrementa spiritualis exultationis accumulent: ⁊ affectū nr̄m ad hoc salutiferū nomen nobis iugiter imprimendū accendāt: et ad tubilationem tubilandum in ihesu saluatore nostro dulcissimo tota mentis intentione promoueant. Per eundem dñm.

℣ Per totas octauas dicatur missa predicta quando de octa. fit seruitium: sed sine. Credo. Sequen. per octa. Jesus pulcher in deco. ℣ Mis. p febrib⁹

IUstus es dñe et rectū iudicium tuū: fac cū seruo tuo scōm miam tuam. ℣. Beati immacu.

OMnipotens sempiterne deus: qui per sanctos apostolos et martyres tuos diuersa sanitatum dona largiri dignatus es: da q̄s: vt presentē famulum tuū N. qui a febrū vexatione fatigatur per: intercessionem sancti sigismundi regis et martyris tui: tua medicina erigat ad salutem et ad sanitatem pristinam clemēter reuocare dignet. Per do. Lectio libri sapiētie

QUi timet dñm nihil trepidabit et non pauebit: q̄m ipse est spes eius. Timētis dñm btā est aīa eius. Ad quem respicit: et ipse exoratus eius. Oculi dñi sup timētes eū: ꝑte-

ctoz mentiū: firmamētū vtutis. Tegmen ardoris et vmbraculum meridiani. Deprecatio offensionis: et adiutoriū casus. Exaltans animā et illuminās oculos: dans sanitatem et vitā et benedictionem. Gr. Miserere mihi dñe qm infirmus sum sana me domine. ℣. Conturbata sūt omnia ossa mea: et aia mea turbata est valde. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocē meā. Sctm matthēū.

Cap. 8. In illo tpe. Cum venisset dñs ihesus in domū petri: vidit socrum eius iacentem et febricitantē. Et tetigit manū eius: et dimisit eam febris. Et surrexit et ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiciebat spiritus verbo: et oēs male habentes curauit. Vt adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentē. Ipse infirmitates nās accepit et egrotationes portauit. Offa. Domine conuertere et eripe aiam meam: saluum me fac propter misericordiam tuā. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera sancta in nomine electi tui sigilmūdi regis et martyris tui: vt a presenti egroto m. febrium ardores repelli iubeas: et exinde tuo semper in omnibus muniatur auxilio. Per. Cōio. Amen dico vobis / quicquid orantes petitis credite quod accipietis et fiet vobis. Postcommunio.

Omps sempiterne deus qui dedisti fidelibus tuis obtinere oia q̄ iuste precātur: suscipe propitius preces nās: quas p famulo tuo m. in honore bti sigismundi regis et martyris tui detulerim⁹: et qđ p eo devotis mētib⁹ obtulerim⁹: celeri indulgētia prosequi mereamur. Per dñm.

Alia. p pestilētia eiu. Offa.

Recordare dñe testamēti tui et dic angelo percutienti: cessat iam manus tua: vt non desoletur terra: et ne perdas omnem aiam viuam. In tpe pascha. Alla. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui non vis mortē sed penitentiā desideras pcōr pplm tuū qs ad te cōuerte propitius: vt dū tibi devotus extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per dñm. Lc. lib. reg.

In diebus illis. Immisit dñs pestilentiam suam in israel de mane vsq ad tempus constitutum: et mortui sunt ex populo a dan vsq bersabee septuaginta milia virorū. Cūq extendisset manum suā angelus domini super hierusalē: vt disperderet eā: misertus est dominus super afflictionē: et ait angelo percutienti populum. Sufficit. Nunc contine manū tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream areuna iebu

2. reg. 24.

dit nos accendit: nos intrōdit ⁊ extendit hoc nomen in gaudiū.

Euangelium scōm matthēū.

Cap. 1 IN illo tempore. Angelus dñi apparuit i somnis ioseph dicens. Ioseph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filiū: ⁊ vocabis nomē eius ihesū. Ipse enī saluū faciet populū suum a peccatis eorū. Hoc autē totum factū est vt adimpleretur quod dictū est a dño per prophetam dicentē. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eius emanuel: quod interpretatur nobiscū deus. Credo. Offertorium. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt: et si mortiferum quid biberint nō eis nocebit: super egros manus imponent: et bene habebunt. Alleluia. Secreta.

IN veneratione nominis dilectissimi filij tui dñi nostri ihesu christi/ tibi deus pater miam deuotis mentibus hostias immolamus: suppliciter deprecantes vt earū virtute cunctis egētibus prestetur auxilium: et in eodem nomine delectantes salutarē sui propositi consequantur affectū. Per eundē. Prefa. Quia per incarnati. Cōmunio Vincenti dabo manna absconditū/ et dabo illi calculū candidū: et in calculo nomē nouū scriptū quod nemo scit nisi qui accipit. Postcōio.

SAcrosctā mysteria q̄ sumpsimus dñe ad honorem nominis cōplacentissimi filij tui dñi nostri ihesu christi deuotis preconijs recolentes: hōs vt incrementa spiritualis exultationis accumulent: ⁊ affectū nr̄m ad hoc salutiferū nomen nobis iugiter impūmendū accendāt: et ad iubilationem iubilandū in ihesu saluatore nostro dulcissimo tota mentis intentione pro moueant. Per eundem dñm.

¶ Per totas octauas dicatur missa predicta quando de octa. fit seruitium: sed sine. Credo. Sequen. per octa. Iesus pulcher in dero. ¶ Mis. p febrib.

IUstus es dñe et rectū iudicium tuū: fac cū seruo tuo scōm miam tuam. ℣. Beati immacu.

OMnipotens sempiterne deus: qui per sanctos apostolos et martyres tuos diuersis sanitatum dona largiri dignatus es: da hōs: vt presentē famulum tuū N. qui a febrū vexatione fatigatur per: intercessionem sancti sigismundi regis et martyris tui: tua medicina erigat ad salutem et ad sanitatem pristinam clemēter reuocare dignet. Per dō. Lectio libri sapiētie.

QUi timet dñm nihil trepidabit et non pauebit: qm̄ ipse est spes eius. Timētis dñm btā est aīa eius. Ad quem respicit: et ipse fortitudo eius. Oculi dñi sup timētes eū: ꝑte-

ctoz mentiū: firmamētū vtutis. Tegmen ardoris et vmbraculum meridiani. Deprecatio oī lensionis: ⁊ adiutoriū cāus. Exaltans animā et illuminās oculos: dans sanitatem et vitā et benedictionem. Gr. Miserere mihi dñe qm infirmus sum sana me domine. ℣. Conturbata sūt omnia ossa mea: et aīa mea turbata est valde. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocē meā. Scōm matthēū.

Cap. 8 In illo tpe. Cum veniſſet dñs ihesus in domū petri: vidit socrum eius iacentem et febricitantē. Et tetigit manū eius: et dimisit eam febris. Et surrexit ⁊ ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiciebat spiritus verbo: et oēs male habentes curauit. Vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentē. Ipse infirmitates nās accepit ⁊ egrotationes portauit. Offa. Domine conuertere et eripe aīam meam: saluum me fac propter misericordiam tuā. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera sancta in nomine electi tui sigismūdi regis ⁊ martyris tui: vt a presenti egroto N. febrium ardores repelli iubeas: ⁊ exinde tuo semper in omnibus muniatur auxilio. Per. Cōio. Amen dico vobis / quicquid orantes petitis credite quod accipietis et fiet vobis. Postcommunio.

OMnipotens sempiterne deus qui dedisti fidelibus tuis obtinere oia q̄ iuste precātur: suscipe propitius hoc nās: quas p famulo tuo N. in honore beati sigismundi regis ⁊ martyris tui deferim⁹: ⁊ qō p eo deuotis mētib⁹ oblecram⁹: celeri indulgētia p̄sequi mereamur. Per dñm.

Mis. p pestilētia eiu. Offi.



Recordare dñe testamēti tui ⁊ dic angelo percutienti: cessat iam manus tua: vt non desoletur terra: et ne perdas omnem aīam viuam. In tpe pascha. Alla. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui non vis mortē sed penitentiā delideras pcōr pplm tuū q̄s ad te cōuerte propitius: vt dū tibi deuotus extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per dñm. Lect. lib. reg.

In diebus illis. Immisit dñs pestilentiam suam in israel de mane vsq; ad tempus constitutum: et mortui sunt ex populo a dan vsq; berſabee septuaginta milia virorū. Cūq; extendisset manum suā angelus domini super hierusalē: vt disperderet eā: misertus est dominus super afflictionē: et ait angelo percutienti populum. Sufficit. Nunc contine manū tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream arcuna iebu

2. reg. 24. a

sci. Dixit dauid ad dominū cū vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui & iniquè egi: isti qui oues sunt qd fecerūt? Vertatur obsecro manus tua contra me et contra domum patris mei. Venit autez gad propheta domini ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende & cōstitue altare domino in area arauna iebusei. Et ascendit dauid iuxta sermonem gad: quem preceperat ei dominus. ℣. Misit dominus manum suā et sanauit eos, et eripuit eos de interitu eorum. ℟. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Alleluia. ℣. Saluabo populum meū in medio israel: et ero eis in deum in veritate et iustitia.

Sequentia.

Iubilemus pia mente: voce corde concinente: trinitatem collaudantes. Patrem prolemq; precemur: sāctū pneuma veneremur: laudis melos concrepantes. Omnes vna proclamemus, deum summum implorem⁹: misereri quod dignetur. Cor grauatur mens lāgue scit iam mens meret et plange scit: pestis morsum dum veretur. Furia furit ledit pestis / morbus vrit nulla mestis spes salutis reddit. Mare fluit mixtum felle: iā tempestas iam procelle: plebs vbiq; premitur. Si pro malis trascaris tēpus est vt reuertaris: pie iesu miserere. Leo lustrans oues queritil nil pascis ouis perit: bone pastor nos tuere. Terra mare firmamenta: queq; parent clemēta tuo facta numine. Mare nouit te calcantem: dum te sentit ambulantem facto fertur flumine. Cuncta stant te iubente: non mouentur sed repente redeunt pacifica. Toto nisu tota cura tua laudet te factura: virtus et almifica. Auras nobis mitte leras. pestem procul pie pelle: transfer nos ad vite metes: ne nos turbent tot procelle. Olim culpa nos ligati respirantes credimus: corde mesto flagellati tibi soli credimus Lex antiqua transgressores/cōuersos eripuit: tue legis illusores pie dum corripuit. Joab abner persequentem/ et hunc armis insequentem: prece data venia. Joab vitam cōsecutus/ nocte viam transit tutus per mōtis cacumina. Dauid i prophetico/ vita datur terruino/ pro delicto graui. Terrā fugit facin⁹ dum fatetur vocibus: inquiens peccaui. Ezechias reddit fletū/ et peccatum est deletum: statim vt penituit. Mitis hester pie mentis pro salute sue gentis: assuerum adijt. Hinc fit salus mardocheo: crux seruatur amon reo: quia fulspēsus perijt. Virtus iudith de supernis/ diua dum illumiat: caput aufert holofernis/ et captiuos liberat. Mater ergo summi regis tibi natus christus ver⁹: nos signa

Cap.

uit vmbra legis/hester tuus as
suerus. Virgo natum interce-
de/vt afflictos liberet: saluet
hos a pestis cede/quos pie redi
meret. Virgo mater maris stel
la/fons horrorum verbi cella:
ne nos pestis aut procella/pec-
catores obruãt. Eia mater ter
ge fletum/tempestatis tolle fre
tum/cor mestorum redde letũ/
iam preces subueniãt. Proles
parcit si per oras/mater ergo
rumpe moras:posce tuum filiũ
Aura feda rumpens pestis/si-
mul cadant confer mestis salu-
tis auxilium. Nostros tuus ip
se natus/tollat penas et reat9:
nobis prestans consolamẽ. Ve-
rum regni sempiterni: vbi ci-
ues sunt superni/personemus
omnes. Amen. Scõm Lucam:

cap.4. IN illo tempore. Surgẽs
Iesus de synagoga: intro-
iit in domũ symonis. Socrus
autem symonis tenebatur ma-
gnis febribus:et rogauerunt il
lum pro ea. Et stans super illã
imperauit febri/et dimisit illã.
Et cõtinuo surgens ministra-
bat illis. Cum autem sol occi-
disset: oẽs qui habebãt infirmos
variis languoribus: ducebant
illos ad eũ. At ille singulis ma-
nus imponẽs:curabat eos. Exi
bant autem demonia a multis
clamantia et dicentia quia tu
es filius dei. Et increpans non
sinebat ea loqui: quia sciebãt
ipsum esse christum. Facta aũt
die egressus ibat in desertum
locum: et turbe requirebant
eum. Et venerunt vsq; ad ie-
sum: et detinebant illũ ne dis-
cederet ab illis. Quibus ille ait.
Quia et alijs ciuitatibus opor
tet me euangelizare regnũ dei:
quia ideo missus sum. Et erat
predicãs in synagogis galilee.
Offertorium. Stetit pontifex in
ter mortuos et viuos: habens thu
ribulum in manu sua aureum: et
offerens incensũ sacrificium placa
uit iram domini:et cessauit plaga
a domo. In tempore paschali.
Alleluia. Secreta.

SAbueniat nobis domi-
ne quesumus sacrificij presen-
tis operatio:que nos et ab erro
ribus vniuersis potenter absol
uat:et a totius eripiat perditio
nis incursu. Per. Cõio. Mulitu
do languentium et qui vexabantur
a spiritibus immundis veniebant
ad eum: quia virtus de illo exibat
et sanabat omnes. Postcõio.

EXaudi nos deus salutaris
noster:et intercedẽte btã
dei genitrice semperq; virgine
maria populum tuum ab iracũ
die tue horroribus liberũ: & mi
sericordie tue/tua fac largitate
securum. Per dñm nostrũ

Finis.



Incipit p̄ma de sanctis tēpore estiuali

Sācti dunstani epi & cōfessoris, extra tēpus paschale nonē lectiones fiant. Oratio.

Deus q̄ btm̄ dunstanum pōtificē tuum ad regna trāstulisti celestia: da nobis p gliosa ei⁹ merita ad gaudia trā sire perēnia. Per. Eodē die fiat mēo. de sctā potentiana v̄gie. ad primas vel. & ad mat. ān. Simile est r̄g. Diffusa est. Oratio.

Oncede nobis q̄s ops de⁹ sctē potentiane virginis tue & exultare meritis: et bñficio⁹ ei⁹ attolli suffragijs. Per. Si hoc fes. vel sctī aldelmi/vel sctī edmūdi/vel sancti barnabe apli añ pēthe. eueñ. fiāt. iij. lc. cū regimie choꝛi. Cetera oia fiāt de cōi sctoꝝ pasc. tpis. Si vero post pēte. eue. fiāt. ix. lc. & cetera oia fiūt de cōi relīq tpis. Lec. j.

Beat⁹ dūstan⁹ talib⁹ parē tib⁹ oꝛt⁹ claruit: q̄les seculo exēptos iter choꝛos cōspicere mereret ageloꝝ. Hat⁹ v̄o puer dūstan⁹ i sctē trinitatis nomine baptizat: et postmodum lr̄arū studijs tradit⁹ est. Lec. ij.

Cumq; iā in dei seruitio adoleuisset: voꝛboꝛnēsis archiepo aldelmo patruo scz suo eccessit: i cuius moꝛib⁹ cū eidē archiepiscopo vplacuisset: regi athelstano ab eodē est p̄sentat⁹: & cuz omni affectu cōmēdatus lc. iij.

Btus v̄o dūstan⁹ tpe edmūdi regis filij athelstani monachus & abbas glastonie effect⁹ monachoꝝ ibi scholā p̄m⁹ instituit: et ita v̄bo & ope collaboꝛauit. Et sicut de cereo p̄gnāti genitricis ei⁹: ceteroꝝ p totā eccl̄iam cerei fuerāt accēsi: ita p eū ex hoc loco noꝛma religiōis mōastice toto āgloꝝ diffusa est oꝛbi. l. 4.

Cumq; p̄fato regi nat⁹ eēt filij⁹/q̄ i baptismate dict⁹ est edgar⁹: btus dūstan⁹ diuis intēdēs audiuit psallētiū vocē. Pax angloꝝ eccl̄ie: nati nūc pueri & nti dūstani tpe. Quod postea rex p̄bauit euēt⁹. lc. v.

Quodā tpe p̄nte sctō dūstano trabs maxima in culmē eccl̄ie erecta ruere cepit mult̄ minās interitū. Quā dūstan⁹ dextera manu signū crucis faciēs releuat. Hūc etiā quadā nocte oꝛātē diabolus i vīl effigie aggredit: & cābucā cui vir dei initebatur de manibus ei⁹ dētib⁹ suis auferre conabat. Sed vir dei imperterrit⁹ cābucā leuat: & horrendū mōstrū cedēdo insequit. Et dū psallebat. Exurgat de⁹ & dissipent inimici ei⁹: ilꝛa me fantasma euanuit. Lectio. vj.

Edgarus in regni solio sublimatus/regnū in pace gubernauit: & dūstanū abbatē fecit epz wigoꝛnie⁹sem. Adauctoꝛ ei lōdoniēsis eccl̄ie p̄sulatu: gemi

no clarnit inſignit⁹ pontificio. Poſt hec vo archiepus wigornen ſis oim conſenſu effect⁹ eſt. Hiceti bt̄us dunſtanus ſpm̄ ſanctū in ſpecie colūbe bis vide re meruit: & angelos dei modu lantes & dicētes. Kyrie eleiſon. Xpe el. Kyrie el'. in laudē trini tatis audiuit: atq; citharā ſuaz parieti adherētem ag̃elicis ma nib⁹ reſonare antiphonā. Gau dent in celis anime ſcōz: ſolus veraciter intellexit. Hinit ita q; bt̄us dunſtan⁹ ſeptē regū tē poꝛib⁹: dieq; vocatiōis ſue imi nente: eccleſiam ſibi p̄miſſaz deo p̄mēdauit. Et ſūpto ſacramēto coꝛpis dñi: inter vba oꝛationis ſpm̄ in man⁹ creatoꝛis reddi dit: & in pace reſoluit. Tres vl time lc. de expōne euāge. Hō q̄ dā pegre. Cetera oia de cōi vni⁹ cōfeſſ. & pontt. Quāi aldelmi epi & cōfeſſ. ir. lc. fiant. Oꝛatio

DEus q̄ hodierna die ſcām pōtificē tuuz aldelmū ad eterna ſublimaſti gaudia: ei⁹ ꝗs meritis illuc nos tuas perducat mia. p. Eodē die mēo. de ſancto vrbano .p. & mar. ad primas vel. in paſ. tpe: cū hac ān. Iuſt⁹ petua. maioꝛ ꝛ. Gaudete iuſti in dño. Alio tpe anni ā. Hic eſt ꝛe martyꝛ. ꝛ. Glia & honoꝛe. Oco.

DA ꝗs oꝑs de⁹: vt qui bti vrbani martyꝛis tui at q; pōtificis natalicia colimus: ei⁹ apō te itercelliōib⁹ adiuue

(mur. Per. ad matu. l. ſ.

BEatiſſim⁹ aldelm⁹ ſplen didiſſimo angloꝝ gñe oꝛiūdus ataus etiā regib⁹ eſt edit⁹. Di q̄dē pē ei⁹ noie bētē: vir deo de uot⁹ & i ſcīs rebus ſtrēnuus: pue regis erat german⁹. Hic ergo bētē natalīū dignitate & moꝛū nobilitate parē ſibi ſoꝛtit⁹ eſt vroꝛē: de qua hāc deo acceptiſſi mā adept⁹ eſt plē. Cui nō occio ſe vt credim⁹: nec ſine iſtictu di uino aldelm⁹ nomē ſpoſuit. Al delm eñ anglice: latine vet⁹ ga lea iterꝓtat: q; galea ſalutis caput ꝓtect⁹: optimā de hoſte i celum reuexit victoꝛiam. lc. ñ.

HIc vo tradit⁹ ē liberalib⁹ ſtu dīs inſoꝛmād⁹: vbi adeo i vꝛtui exſoꝛuit: vt doctoꝛib⁹ quos gre cos & latinos habuit / nō ſolum eq̄parād⁹: ſz ēt ꝓferend⁹ eſtima ret. Mirabātur doctoꝛes tā doci le ingeniū: tā memoꝛē aim. l. ñ.

QUū igit̄ creſcēs etas adoleſcē tiā excluderet: i meldunēſi eccle ſia ꝓmo monach⁹: deinde pb̄r & abbas effect⁹ eſt. Xpe exercitūs ſpū alib⁹ grauit ſiudabat: ſubie ctoſq; ad eandē koꝛmā verbo et exēplo iuitabat: denig; oia ope ei⁹ ichoabat charitas: & ꝓſūma bat hūilitas. Di hoc feſtū poſt pēte. eueñ. tūc fiāt medie lec. de ſ. vrbāo: ſinaūt tm̄ mēo. lc. iij.

BEat⁹ vrban⁹ epſ natiōe roman⁹ ex nobili plapia oꝛt⁹ fuit. Hic bti petri apli octo decim⁹ vicarius fuit: imediate poſt martyꝛiū bti calixti ſedit in ꝓnpatu ānis octo: mēſib⁹ vn decim: dieb⁹ vo duodecim. lc. v.

Beatus vrban⁹ tāte dignitat⁹ fastigio sublimat⁹ multis cala mitatib⁹ et tribulatiōib⁹ hui⁹ mūdi: pro xpi noie affectus est. Nullis vlus est pperis: cū aduersa oia ob xpi portabat amore. Hic etiā fecit vasa plurima sacrata sacris altaribus apta: mysterium quoq; sacrum soler ti industria sanxiuit. Lcō. vj. Deniq; sua ꝓdicatione plurimos ad fidē xpi cōuertit: ꝫ valerianū btē cecilie spōsum: ꝫ fratrē ei⁹ tyburtiū cū multis alijs ad martyriū palmā icitauit. Tā dē ipe decollat⁹ ē: ꝫ sepult⁹ i via appia. Cui⁹ corp⁹ post mltos annos: vna cū ossibus bti tyburtij martyr i gallias trāslatū: ātiq; siodoro rec ōditū ē. Tresvlt. l. ō l. aldel. sine exp̄ōe euāgelij. l. vij

Hāma igit bti aldelmi roma penetrāte: eū sergius papa vltis ad se vocauit: et eū venīētē honorifice recepit quē dns cū miraclis glificauit. Dū em ꝙdā die i eccl'ia latanēsi missaz celebraret: calulā retro se porrexit rat⁹ alicui tradere ministro rū. Quā deficiēte ministro radi⁹ solaris per fenestrā irrūpēs diu in mēoriā sci sustinuit. l'c. viij. Q̄ btigit etiā rome vt puer ex interesta mēe icertoq; pīe edit⁹ fama papā lederet. Dō itelligēs aldelmus puerū vigilij diez natū ꝑcepit exhiberi. Cui btūs aldelmus ꝑcepit vt faterer si sergi⁹ papa iceste reus hēret. Rñdit ut fans ipm sine crimine esse. l. ix

Q̄ dq; btūs aldelm⁹ bñdictiōe papē recepta: ad pp̄a reuersus in cenobio suo eccliā scē dei genitricis ꝓstrueret: trabs vna breuior alijs ē iuēta. Cōtristatus ḃo sc̄us ob lignoz penuriā solus deū orās ꝓsternit: et facta oratiōe trabs mox elongata reperit. Post hec eps factus est. Et post annos quatuor completos exuit hoiem terrenū: deduct⁹ ad paradisum manib⁹ angeloz. Hic ad cenobiū delatus: ibidē cū digna honorificētia est tumulatus. Mēo. de. l. vrbano ad matu. i tpe pas. ā. Lux ppetua minor ō. Tristitia. Alio tpe ān. Nil granū. l⁹. Posuisti w. Cōo. btōr. Cetera oia ad vtraq; vel. et ad mat. ꝫ ad alias ho. ō cōiū⁹ ꝓcel. ꝫ pōti. Si hoc fest. i oct. alcē. dñi ꝫtig. nihil de eo fiet eo anno

Scti aug. epi ꝫ ꝓfess. angloz apli. duplex. ix. l. cp̄. Ecce sacerdos magnus.



De⁹ qui btm augustinū pontificē primū doctorē populo cōcessisti āgloz: eius iter uētu nobis tribue veniā ptōrū: ꝫ cū ipo celestium gaudia primoz. Per. Mēoria de scō aldelmo. Lec. j.

Beat⁹ gregoriꝰ romane sedis aplicus: anno quarto sui pontificatus: misit seruū dei augustinū ꝫ alios plures cū eo monachos timentes deum:

predicare verbū dei gēti anglo rū. Qui applicuerūt in quadā insula cūtie noie tenet vos. lc. ij. Rex vero hoc audiens / iussit eos in eadē insula manere: et eis necessaria missi rari donec videret eos. Post aliquot dies rex ad insulā venīes iussit augustinū et socios suos ad se venire. l. iij. Tūc illi diuīa stute pditi veniebāt p vexillo crucē ferentes argenteā: et imaginē dñi salua toris nri i tabula depictā. Letania salq cātātes p sua simul q eo rū ppt qs q ad quos venerant salute etna deo supplicabāt. l. 4.

Quoq beat⁹ augustinus verbū vite regi q suis pdicaret: rndit rex dicēs. Pulchra qdē sūt verba q promissa q asseritis qz nova sūt q incerta: nō possumus i his assensū tribuere. l. v. Verū qz de longe huc pegrini venistis: et ea q vera q optima creditis nobis cū cōicare desideratis: benigne vos recipim⁹: vobis necessaria mistrātes. Nec p hibem⁹ qn oēs quos poteritis: deo vestro socios. Deditq eis rex mansionē in ciuitate dorobornēsi / in qua vigilijs et orationib⁹ inseruiētes verbū vite quotidie predicabant. Lect. vj. Vidēs aūt rex mūdissimā vitā q miracla q tōr: credēs baptizatus est. Sed et oīs ppls respuens gentilitatis errorē: ad deū q uersus est. Post hec augustin⁹ ab epo arelatēsi iussu pape / archiepus āgloq ordinat⁹ est

Ordinauitq btūs augustinus duos epos mellitū / et iustū: ad predicādū vbū dei. Quibusq rite pacti obtēptis dei septio kal. iunij: q in eccla apl̄oq petri et pauli iussu q expēsis reg⁹ ethelberti q structa / honorifice sepultus est. Tu. Tres vltiq lc. de expositōe euāge. Hō qdā pegre. Cetera oia de cōi vni⁹ cōfesso. et pōti. illi⁹ tpis. Si hoc fest. i vig. ascē. dñi euene. ibi celebretur. Vespe vero fiāt de ascē. q solēmēo. de sctō augu. Si aūt i die ascē. do. eue. differat i crastinū: et ad ij. vesp. de asceñ. fiat solenmēor. de sctō augu. Si hoc fest. infra ebd. pēt. eue. differat vsq post fest. sctē trini. vt in sab. post pente. notat. Si sancti germani epi q 2 fest. iij. lc. fiant sine regi. chori. Dño q cet. de cōi vni⁹ 2 fest. et pōti. cū his trib⁹ lec. Lctō. j. Bat⁹ igit germanus parisiorū pontifex / territorij augustudunēsis indigena: pre eleutherio: mre do eusebia pro creat⁹ fuit. Cui⁹ genitrix p eo q hūc post alteq intra breue spaciū cōcepisset i vtero: mota pudore muliebri: cupiebat añ partū infantē extinguere. Lctō. ij. Accepta igit potiōe: vt abortiuū p̄iceret: dū nocere sic non posset: incubabat sup ventrē: vt pondere suffocaret: quem veneno ledere non valebat. Sed ad sancti preconium multa stupēda fiebant miracula. Lctō. iij. Erat nāq i elemosynis dādis

largus: nudos pauperes vestie
bat: ⁊ quicq̃d habere potuit: in
opib⁹ charitat̃ exp̃debat. tãdẽ
ẋo dic̃ trãsit⁹ sui ita ꝓcxit: ac-
cersito notario scribere iubet:
ãnto kal. iunij: quo die btũs cõ
fessoꝛ migrauit ad celũ. Cetera
de cõi vni⁹ ẓfes. ⁊ põti. ¶ Sce
petronille ẋgi. nõ mar. Oratio

21 Maij 9. DEus q̃ beate petronille ẋgis tue aiaz i celestib⁹ collocasti: fac nos ei⁹ interuẽtu a pcõꝛ nr̃oꝛ nexib⁹ solui: ⁊ ab omni semp aduersitate defendi Per do. Tres lectiões fiãt. lc. i. MArcell⁹ discipul⁹ bti petri apli scripsit. Nereo ⁊ achilleo fratrib⁹ et ẓdiscipulis eternã i xpo salutẽ. Petronillã bene nostis volũtate petri apli paliticã esse factã. Nã cũ apud eũ plurimi discipuli eius resideremur: dixit ei titus. Cũ vniuersi infirmi a te sanent: quare petronillã paralyticã iacere p̃mittis? Respõdit ei petr⁹. Sic expedit ei. Tu autẽ. Lectio. ij. SEd ne crederet q̃ non posset eã sanare dixit ei. Surge petronilla ⁊ ministra nobis. Que cõtinuo surrexit sana. Ministerioꝛ ẓpleto/iussu petri iuit ad lectũ. Et vbi i dei timoꝛe cepit esse perfecta: nõ solũ ipsa sanata est: sed etiã plurib⁹ eius ꝓcibus recuperauit sanitatẽ. l. iij. Et qz speciosa erat: venit ad eã flacc⁹ comes cũ militibus vt eã sibi in vxoꝛẽ acciperet. Cui ipsa ait. Si vxoꝛem me habere

vis: fac matronas honestas et virgines ad me venire: vt possit tres dies venã ad domũ tuam. Tũc sctã ẋgo illud triduũ ieiunijs ⁊ oõnib⁹ occupauit: ⁊ tertio die a sctõ nicomede sacramẽtum coꝛpis chr̃i accepit. Et sic reclinãs se in lecto/emisit spm̃. Cetã de cõi vni⁹ ẋg. nõ marty. ¶ Sctõ nicomedis marty. oꝛ. DEus q̃ nos bti nicomedis martyꝛis tui meritis ⁊ intercessiõe letificas: ẓcede ꝓpitio⁹: vt cui⁹ bñficia poscimus dono tue gr̃e ẓsequamur. Per. Tres lc. cum inuita. (simplici fiant ⁊c. de cõi vni⁹ mar. ¶ Sãctoꝛ marcellini ⁊ petri thr. oꝛ. DEus q̃ nos annua sctõꝛ martyꝛ tuoꝛ marcellini et petri solẽnitate letificas: ꝓsta q̃s: vt quoꝛ gaudem⁹ meritis ꝓuocemur exẽplis. Per. Tres lec. fiãt. iuita. sim. Lec. j. ROme marcellin⁹ ⁊ petr⁹ exoꝛcista i custodia tenebãtur sub diocletiano imperatoꝛe ⁊ iudice sereno. Custos ẋo carceris habuit quãdã filiam: q̃ a demonio vexabat: que ꝓcibus sancti petri sanata est. Lctõ. ij. Videns hoc arthemi⁹ pr̃ puelle cũ vxoꝛe sua et filia et multis alijs: baptizat⁹ est a marcellino pbr̃o. Audiẽs hoc iudex serenus iussit marcellinuz pugnis cedi et nudum atq̃ vinctum super vitri fragmenta sterni: et lumen ei negari. Lectio tertia. Deinde iussit pedes petri ab

eo ſeparatim cippo conſtringi. ℣Poſt hec ꝺo vilſati ab angelo ducti in ſiluã nigrã: q̃ nũc i honoꝛe ſanctoꝝ ſilua candida nũcupat: pariter decollati ſũt. Et q̃ eos decollauit vidit aias eoꝝ ab angelis deferri: ⁊ penitentiã agẽs baptizat⁹ eſt. Cetera de cõi pluꝝ mart. ℣ Oõꝝ vulcati ſocioꝝq; ei⁹ mar. Oõo.

h. Junii

OMnꝭ ſempit̃ne de⁹: q̃ btõ bonifacio ⁊ ſocijs ei⁹ palmã martyꝛij contuliſti: põſta nobis ꝗs eoꝝ meritis indulgẽtiã: q̃ eis largiri dignat⁹ es coꝛonã ℣Per. Tres l. Jnui. diũ. ⁊ ceta fiãt de cõi pl'ioꝝ ãnꝝ. ℣ Oõꝝ gildardi ⁊ medar. epoꝝ. Oõo

8. Jn.

DEus q̃ nobis ſãctã hui⁹ diei ſolẽnitatẽ: i honoꝛe ſanctoꝝ cõfeſſoꝝ tuoꝝ atq; põtificum medardi ⁊ gildardi cõſecraſti: adeſto familie tue ꝓcibus: ⁊ dona vt quoꝝ feſta celebꝛamus: coꝛum merito ⁊ auxilio ſubleuemur. ℣Per dominũ. Tres lc. fiãt. Jnuit. ſimꝫ. lc. j.

BEatiſſimi medardi antiſtitis ſolẽnitatẽ q̃ ꝓ vniuerſuꝝ oꝛbẽ virtutum meritis ꝓpalat: nequiuim⁹ oino ſub ſilẽtio ꝓterire: q̃uis nõ valeam⁹ verbis cũcta perſtringere. ℣Pater ꝺo hui⁹ de gñe frãcoꝝ fuit: mater vero romana. Tu. lc. ſi.

HIc moꝛũ maturitate ꝓcellẽs ꝓfecti claruit: vt apud vꝛbis põtificẽ cõuerſatione ꝓcipuus habeꝛetur: apud cũctos mẽtis puꝛitate ſyncerus. Hunc ſe letitie vbertate extulit: nũq; meroꝝ aut ire feruoꝝ mentis puritatẽ mutauit: ſemꝑ tolerãs i aduerſis: mitis in ꝓſperis. Lectio. iij.

DEfuncto rothomagenſi epo: oĩm votis dignus meritis inſignia ſacerdotij devotus excoluit. In quibus aliquot annis degens membꝛoꝝ cõpage diſſoluta matura longanimitate deſſus: requiẽ deꝑcatus emiſit ſpiritum. Cetera de cõi pluꝛimoꝝ confeſſoꝝ. ℣ Tranſlaciõi edumũdi epi. ix. lectio. Oõo.

9. Jn.

DEus q̃ nos beati edmũdi cõfeſſoꝛis tui atq; pontificis trãſlationẽ celebꝛare concedis: te ſuppliciter exoꝛamus: vt eius meritis ⁊ ꝓcib⁹ a vitijs ad virtutes: ⁊ a carcere tranſferamur ad regnũ. ℣Per. Eodẽ die ad. j. veſpe. ⁊ ad matut. fiat mẽo. de mar. ꝓmo ⁊ feliciano. In tꝑe vero paſcha. ad ꝓmas veſp. cũ hac ãn. Lux ꝑpe. maioꝝ. ℣ ꝓciosa eſt. Alio vero tẽpoꝛe anni ãn. Gaudent in ce. vel ãn. Iſti ſunt ſancti. ℣. Letamini. oõo.

FAc nos ꝗs dñe ſanctoꝝ martyꝛ tuoꝝ ꝓmi ⁊ feliciani ſemꝑ feſta ſectari: quoꝝ ſuffragijs ꝓtectiõis tue dona ſentiamus. ℣Per. Ad matut. ix. ꝓme lc. de cõi vnius cõfeſſo. ⁊ põti. fiãt. Re. vero i ꝓmo ⁊. iij. noct. de cõi vni⁹ ꝑfeſſo. pontifi. In paſchali ꝺo tꝑe. iij. lc. de cõi vni⁹ ꝑfeſ. ⁊ põti. legant. Extra tꝑs aũt paſc. q̃n fiunt. ix. lc. tũc fiãt. iij. mediꝛ lc. de mar. lc. iij.

GLoziosissimi martyres ꝑmus ⁊ felician⁹ apud iulianū qō xpiani essent accusati iussi sunt in carcerē trudi: vbi ab angelo ꝓsolabant. Post hec iussi sunt duci a militibus ad phanū herculis: et si sacrificare nollent virgis cesi traderentur ꝓsidi ciuitatis occidēdi. lc.v.

Tunc ꝑses iussit eos ad āphiteatrū duci: ⁊ duos leones igētes ad eos dimitti: q̄ impetu currētes: ad pedes eor voluere se ceperūt: illr ⁊ vsi fecerūt. l.vj.

Hec vidētes qui aderāt: pene mille ⁊ q̄ngēti viri crediderūt in xp̄m. Quo viso: iussu ꝑsidis decollati sūt. Quor corpa a xpianis rapta: sepulta sūt ad arcus cumētaneos: ab vrbe roma miliario quartodecio. Tres vitie lc. de expōe euā Hō q̄dā pegre. Mēo. de mar. itpe pas. ān. Lux perpe. minor ñ. Ilior est ei. Alio do tpe ān. Pxe ciola cstpel ā. Laserunt stolas. Hy. Mirabilis deus. Dño vtS. Et cetera oia advtras q̄ vesp. et ad matu. ⁊ ad alias horas de cōi vni⁹ apl̄i. ex.

GEcclesiā tuā q̄s dñe beati barnabe apl̄i tui ꝓmēdet oratio: ⁊ p ea iteruētor existat quā devotas ⁊ passiōe illustrat p. ex. lc. fiant. inuita. tripler. lc. j.

BEatus barnabas q̄ et ioseph: cyprius genere: tertio post passionē dñi anno: cū paulo apl̄o ad aplatū vocante spū sancto electus est. Qui cū esset apud iconiū cum paulo apl̄o: apparuit ei p visum dñs iesus xp̄s / dicēs. Cōstās esto barnaba credendo: qm̄ p sctā devotione q̄ reliqsti gñationē tuā p nole meo: ꝑmia recipies etna. lc.ij.

Qūq̄ de iconio ptrāssissent antiochiā: angelica visio p noctē facta est bto paulo apl̄o / dicēs. Celeriter ppa hierl̄m: q̄r cōes tui valde pstolant aduētū tuū. Dō cū beato barnabe retulisset: ait bat⁹ barnabas. Q̄r volūtati dei cōtradicere nō expedit: fiat volūtas dei. Lectio.iij.

Obsecro igit te vt orez p me ad dñz: vt decertatio mea acceptabilis sit in ꝓspectu suo. Nūc cū ꝓpo cyprū: faciē tuā ꝓch⁹ dolor vltra corpalē nō vidisur⁹. l.4.

TUnc ꝓcidit barnabas ad pedes pauli flēs amare: cui⁹ dolori paulus cōpatiēs ait. Noli frater flere: mysterio illud agit. Positis autē genib⁹ orantes: ⁊ oscula sibi dātes adinuicem valefecerunt. Lect.v.

Barnabas vero ascendēs nauē / descendit laodiciā decertans vt ꝓgeret cyprū. Cū aūt cyprū peuenisset: iuenit ibi tymonē et aristionē suos dei. Tymon aūt vrebat febrib⁹. Cui cū man⁹ imposuisset bt⁹ barnabas ⁊ sacrū euāgeliū p inuocationē saluatoris dñi nr̄i ꝓdicasset: statim febris fugata est: ⁊ a deo corroboratus apl̄m secutus est. Lect.vj.

Multatis igit ⁊ in fide ꝓfecta

tis parētibus suis btūs barnabas exiuit a cypro: inde paphū trālltur⁹. Sed obuiās ei malignus iudeus nole barieu: quē btūs paul⁹ ad tps visu ꝑpauit: malitia mot⁹ ꝓhibuit eū ne introiret paphū. Pzoinde apl'us reuerſ⁹ itroiuit salaminā. l. viij.

INuenitqz apl's in salamis synagogā iudeoꝝ: & igressus cepit hoztari ad fidē: et peruāgeliū mathei/xpi grāz introduxit. Dō vidēs barieu seditio ne fctā ꝑphēdi fecit apl'z. Et q̄rebāt illū tradere ꝓcōsuli ciuitat/ affligentes illū multis supplicijs & varijs cruciatib⁹. lc. viij.

Sed veriti nimiū ne de manibus coꝝ eriperet: ligātes funē in collo eius/nocturno tpe dilaceratum a synagoga in hyppodzomum pertraxerūt. Post hec aūt circūdātes illū/igne crudeliter cremauerunt. Sicqz btūs apl's migrauit ad chzistū. l. ix.

